FLORA GOTHOBURGENSIS

cujus

partem priorem,

Venia Exp. Fac. Med. Upsal.,

Præside

C. P. THUNBERG,
Commendatore Reg. Ord. de Wasa,
Med. Doct., Prof. Med. et Bot. Reg. et Ord.,
Plurim. Societat. Eruditar. Membro,

modeste proponit

PETRUS FRIDERICUS WAHLBERG,
Ostrogothus.

In Audit. Botanico d. XIII Dec. MDCCCXX,

h. a. m. s.

Upsaliæ
Excudebant Regiæ Academiæ Typographi.

Konungens
Högtbetrodde Man,
f. d. Stats-Rådet, Vice Amiralen,
Commendeuren af K. SvärdsOrdens stora Kors,
Högvälborne Grefve,
Herr BALTZAR BOGISLAUS VON PLATEN

samt

Högvälborna Grefvinnan,
Fru HEDVIG ELISABETH VON PLATEN,
född
EKMAN.

Vördade Morbror och Moster!

Om var vården J mig skänkten
I de glada barndomsdagar,
Stor Er godhet än ledsagar
Ynglingen i lifvets skiften.

Ringa är den gärd jag bjuder,
Krans af hembygds blommor bunden.
Varar Rosen blott för stunden,
Minnets blomma evigt grönskar.

P. F. Wahlberg.

Den Båsta Moder

af

barnslig kärlek

helgadt.

FLORA GOTHOBURGENSIS

Spatio unius miliaris Svecici extra urbem GOTHOBURGUM undique extensi illius, quam nobis proposuimus, Florulæ regnum, quod tamen paullo longius mai versus procedit, constituitur. Præter ipsas urbis possessiones paroecias FÄSSBERG, KOLLERED, RÅDA, FRÖLUNDA, ASKIM, STYRSÖ, ÖRGRYTE, PARTELE, vicinitates viæ versus LAHALL et partem Gothoburgo proximam insulæ HISINGEN comprehendit. Majora suscipere et debiles vires et limites opellæ hujusce indolis prohibent. Præsentia tamen eo minus forsan aliena erunt, quo certius, quamvis diversis temporibus diversi, iique inclyti patriæ Botanistæ florea Gothoburgi rura perlustravere, nemo, excepto cl. *Bromelio*, qui *Chloridem Gothicam* anno 1694 divulgari curabat, botanicam nostram regionem in publicam proposuerit lucem. Plantas igitur vulgatiores beneque erutas Gothoburgenses et loca earum natalia tantummodo enumerantes, quid nostro ævo novi minusve cogniti ferat Gothoburgica tellus describere et extricare conabimur. Quum vero, si flores cognoscere velis, solum, undam, *temperiem* aëris, ipsum, sub quo vigent, cælum cognoscas necesse erit, Florulæ nostræ sequentia præmissa voluimus.

CONSPECTUS REGIONIS. *

Situm est Gothoburgum ad ostium fluvii GÖTHA ELF, infra EDET placide fluentis. Exigua supra maris superficiem altitudo urbis, ut marino ingruente vento, nonnunquam immissa salina unda, fluvium supra ripas per vias et plateas effundat.

Attollunt sese undique prærupti montes, primitivæ, sic dictæ, formationis. Interjacent fertiles convalles. Volvunt hic amnes STORA et LILLA SAVEÅN, prior citatiorem, langvidam posterior aquam; utramque secum in mare ducit fluvius GÖTHA ELF. Uber rivulis et fontibus terra. Humectant cacumina montium irrigua stagna, tegit radices præpollens *Erica*. Percurrit regionem lacuum series, aquam ex silvosis VESTROGOTHIÆ montibus ducens. Effundit se lacus GRÖREN vel LANDVETTERSJÖN in stagnum MÖLLÖKE TRASK, amne quodam cum lacu amoeno RÅDASJÖN junctum. Hic breviori alveo aquam mittit in STENSJÖN vel GUNNEBOSJÖN, unde oritur amnis LILLA SÄVEÅN vel MÖLNDALSÅN. Sunt passim inter montes lacus alii, quorum notabiles KÅSJÖN, DELSJÖN et LÅNGVATTNET. Maximus in hisce regionibus lacus ASPEN, extra limites florulæ situs. Hu-

*) Conspiciuntur specialiora quoque regionis loca, e charta Ducatus Bahusiæ, auctore Hermelin; et e charta Gothoburgi locorumque adjacentium Werming 1809 edita.

jus jactat undam, rapidus, quem supra commemoravimus, amnis STORA SÄVEÅN. De cetero omnes fere hic obvias aquas frigidæ paludes circumdant.

Mare versus nudi montes in promontoriis et scopulis minacibus desinentes procedunt. (Cedunt tamen altitudine montibus Bahusiæ borealis. Quo enim longius hisce oris meridiem versus progredimur, eo minores exstant montes. Infra Warberg adeo valde decrescunt, ut Hallandiæ inferioris littus omnino planum, arena volatili tectum). Æstuat circumquaque mare ad littora jam profundum, insulis plenum. Insularum isdem ac littoris habitus, arduus, præruptus.

Solum valde variat. Nunc argillaceum, nunc arenosum est, nunc humo, sic dicta, atra tegitur.

Clima vicinitate maris satis mite. Aër humidus. Zephyri crebri et vehementes. Pluvias, præsertim versus autumnum crebras, sæpe tonitrua comitantur. Nix haud diuturna.

Altitudo Barometri vix supra 26, 25, nec infra 24, 60. Thermometri centigrad. haud supra + 35, vel infra — 30. Latitudo Geographica urbis 57°, 42′, longitudo 29°, 40′.

VEGETATIO CONTINENTIS.

Descendit e Vestrogothia *Pinea* silva, *Abiete*

mixta, ripas coronans lacuum ASPEN et LANDVETTERSJÖN. Tegunt montem RÅBERGET, huic lacui vicinum, ultimæ *Pini*, eæque humiles. Cingunt deinde RÅDASJÖN *Betuleta* amoena, *Quercubus* parcius conspersa. Ad STENSJÖN *Quercus Betulæ* loco succedit. Occurrunt inde in vallibus umbrosa nemora, quæ præsertim constituunt: *Quercus*, *Corylus*, *Sorbus*, *Tilia*, *Pyrus*. Format *Populus* proprios lucos. Aquarum certa comes adest *Alnus*. Lætior omnis mare versus arborea vegetatio relegari videtur.

Multa habent communia nostra terra et pars SMOLANDIÆ, (Par. ED, LOFTA) eadem fere latitudine sita. Utrinque crescit: *Scirpus sylvaticus*, *Holcus lanatus*, *Arrhenatherum*, *Onoclea Struthiopteris*, etc.

Insignes in hisce regionibus GUNNEBOENSES rupes inter lacus RÅDASJÖN et STENSJÖN, GOTTSUNDENSIBUS rupibus ad UPSALIAM satis similes. Velantur omnino: *Betula*, *Tilia*, *Quercu*. Neque non hic plantæ vigent, quibus gratæ roridæ umbræ: *Milium*, *Campanula latifolia*, *Pyrola minor*, *Mercurialis*, *Iungermanniæ*, *Hypna*.

Ut melius pateat, quid proprium ferat cujuslibet natura loci, specialiorem locorum adumbrationem ante oculos positam voluimus.

Ornant scilicet lacus: *Potamog. natans*, *Lobelia*. *Nymphææ;* ad littora: *Ranunculus reptans*, *Littorella*.

Nitent fluvii: *Potamog. perfoliato*, *Nymphæis*; ad littora: *Iride*, *Scirpis*, *Glyceria aquatica*, *Sio*, *Senec. aquatico*, *Achillea Ptarmica*, *Sparganiis* et *Caricibus*.

Vestiuntur paludes: *Scirpo cæspitoso*, *Eriophoris*, *Selino palustre*, *Narthecio*, *Iunco verticillato*, *Rubo Chamæmoro*, *Pediculari sylvatica*, *Caricibus*, *Polytrichis*; profundiores: *Utriculariis*, *Droseris*, *Hypno scorpioide etc.*

Ericetis uliginosis maxime propriæ: *Cornus svecica*, *Ericæ*, *Empetrum*; nec non *Gentiana Pneumonanthe*, *Blechnum Spicant*, (ad Lagklarebäck).

Præter vulgares pratorum incolas, hic occurrunt: *Arrhenatherum*, *Holcus lanatus*; in pratis sylvaticis: *Arnica*.

Oblectant in vallibus umbrosis: *Circæa*, *Holcus mollis*, *Bromus giganteus*, *Impatiens*, *Allium oleraceum*, *Stellaria nemorum*, *Lychnis sylvestris*, *Ficaria*, *Stachys sylvatica*, *Hierac. paludosum*, *Musci* varii.

In lucis nemoribus obviæ: *Convallariæ*, *Pyrola minor*, *Anemone nemorosa*, *Prenanthes*, *Carex pallescens*, *Mercurialis*, *Polypodia*, *Lycopodia*, *Muscorum* et *Fungorum* magna cohors.

Habitant in dumetis frequentes: *Prunus spinosa*, *Rubi* præsertim *corylifol.*, *Polygonum dumetorum*.

Comitantur vias: *Poæ*, *Chenopodia*, *Senecio aquaticus* et versus Hallandiam *Ononis hircina.* Ad vias minores minusque tritas, sæpius vides: *Radiolam*, *Iuncum bufonium* etc.

Flaveseunt agri: *Raphano*, *Sinapi*, *Soncho arvensi*, *Chrysanth. segetum.* Vulgares quoque: *Bromus secalinus*, *Serratula arvensis*, nec non *Sherardia.*

In hortis insignia: *Papaver somniferum*, *Geran. dissectum*, *Convolvolus sepium.*

In ruderibus: *Poa compressa*, *Seda*, *Senecio viscosus.*

Tegunt radices montium: *Iasione*, *Rubus fruticosus*, *Clinopodium*, *Anthyllis*, *Vicia cassubica*, *Trifol. procumbens*, *Carex pilulifera.*

Montium rupiumque incolæ: *Veronica longifolia*, *Calamagrostis epigejos* et *sylvatica*, *Lonicera Periclymen.*, *Viburnum*, *Spergula subulata*, *Mespilus*, *Potentilla rupestris*, *Origanum*, *Iberis*, *Hypericum perforatum* et *montanum*, et frequentissimum *Sedum rupestre*, *Geran. sangvineum*, *Silene rupestris.*

In stagnis montium crescunt: *Iuncus verticillatus*, *Vaccinium uliginosum* etc.

Desiderantur tamen circa Gothoburgum plantæ haud paucæ, in aliis, etiam adjacentibus

provinciis vulgares. Sylvaticæ præsertim plantæ, campestres, ruderatæ, quæ solo calcareo crescunt, aliæque variæ, tamquam exsulant: *Veronica hederæfolia*, *Potamogeta* plurima, *Primula farinosa*, *Androsace*, *Viola hirta* et *mirabilis*, *Athamantha*, *Laserpitium*, *Polygonum viviparum*, *Monotropa*, *Pyrolæ* plurimæ, *Rosa cinnamomea*, *Potentilla reptans*, et *verna*, *Papaver Argemone* et *dubium*, *Helianthemum*, *Delphinium*, *Melampyrum arvense* et *nemorosum*, *Linnæa*, *Turritis hirsuta*, *Polygala amara*, *Orobus niger*, *Vicia villosa*, *Astragalus Glyciphyllus*, *Trifol. montanum*, *Hieracium præmorsum* et *cymosum*, *Onopordon*, *Artemisia campestris*, *Inula salicina*, plurimæ *Orchidearum* stirpes, *Charæ*, *flexili excepta*, *Betula incana*, *Carices* et *Salices* plurimæ.

Rarius vero occurrunt: *Primula veris*, *Butomus*, *Trollius*, *Calla*, *Nepeta*, *Leonurus*, *Marrubium*, *Malvæ*, *Serratula tinctoria*. Rarus *Asperifoliarum* ordo.

Ex his quoque patet, longe diversam a Sveciæ superioris esse agrestium florum vegetationem. De cetero seminantur *Cerealia* Aprili Majo, florent Junio, metuntur plerumque Augusto. Frondescunt arbores pomaceæ initio Maji, florent versus finem ejusdem mensis, Augusto Septembri maturescunt.

VEGETATIO MARINA.

Littus insulæque, ut supra allata indicent, rupibus præruptis occupantur. Rari planiores

loci gramine vel arena obducti. Nulla hic viget arbor; frutices: *Prunus spinosa*, *Sorbus*, *Corylus*, *Viburnum*, *Rosæ*, *Rubus idæus*.

Insignes maritimæ plantæ habitu vegetiori, crassiori, quem efficit sine dubio salina aqua. Quæ, quo magis sale immixta, eo crassiores producit foetus. Apparent in littore plures continentis herbæ, marinum habitum salsumque saporem adeptæ. Sic *Lotus corniculata* in β *carnosam* mutatur, *Atriplex patula* in variationes β, γ, δ, etc.

Omnes fere herbas cultura, nemorum sylvarumque umbra, vicinitate denique aquæ glabrescere, in siccioribus vero locis pubescere, sat constat. Quocirca pubescentiam partim frigoris arcere vim, partim solis nimium ardentis, fas sit concludere. Quæ vero si ita sint, mirum sane, quod herbas in superioribus insularum locis crescentes, etiam alibi glabras, densiori pubescentia vel tomento obducit aura marina, quum tamen secundum vulgarem continentis marisque vegetationem contrario modo sese res haberet. Sic tomentoso-pubescens evadit: *Lathyrus pratensis*, *Pisum maritimum*, *Ribes rubrum*, *Salix fusca*: villosum *Trifol. pratense*. Sic exstat *Artemisiæ vulgaris* tomentosa varietas: *coarctata*, etc.

Longe alia maris occidentalis marisque Baltici vegetatio. Lavat orientalia littora aqua, multis fluviis immixtis, minus salsa. Magis

igitur conservant herbæ tenuiorem habitum, magisque continentis sunt analogæ. Æstuat vero occidentales ad oras salsissima unda, multos sibi proprios, crassos producens foetus. Hæc caussa, cur antecellunt numero insignium plantarum Bahusiæ, Hallandiæque maritima.

Producunt insulæ Paroeciæ Styrsö omnes fere maris occidentalis herbas. Divites præsertim insulæ Vinga et Domso.

Disseminantur hisce oris plures Anglicæ originis herbæ. Occurrunt præter illas, quas longior in patria commoratio civitate Svecica donavit: *Sedum anglicum*, *Cerastium tetrandrum*, *Galium erectum Smith.*, aliæque nuperius detectæ.

Alit Balticum mare proprias plantas, nostra regioni ignotas: *Veronicam maritimam*, *Samolum*, *Silenem viscosam*, *Lotum maritimam*, *Isatidem*, *Caricem extensam*, *Charas* et *Potamogeta* plurima. *Allium Schoenoprasum* et *Bromus littoreus Retz.* in Hallandia quidem observantur, orientali vero littore frequentiora.

Indicant etiam longius ab oceano marinam regionem: *Plantago maritima*, *Glaux*, *Armeria vulgaris*, *Triglochin maritimum*, *Silene rupestris*, *Lepigonum medium.*

Occurrunt deinde in rupibus littoris: *Armeriæ*, *Silene maritima*, *Rosa venosa*, *Geranium*

robertianum, *Pyrethrum maritimum* etc., quæ omnia in rupibus insularum rursus videntur.

Alluit mare *Zostera*, *Ruppia*, *Ceramiis*, *Fucis* abundans Hic vigent: *Fucus saccharinus*, *digitatus*, *sangvineus*, *palmatus*, *alatus*, *crispus*, *nodosus*, *siliquosus*, *lumbricalis*, *plicatus*, *subfuscus*, etc. et frequentissimi *vesiculosus* et *serratus*. *Charis* et *Potamogetis* invisa Bahusica unda.

Littora limosa amant: *Salicornia*, *Lepigonum marinum*.

Arenosa: *Salsola Kali*, *Eryngium*, *Carex arenaria*.

Glareosa: *Glyceria maritima* et *capillaris*, *Elymus*, *Plantago maritima*, *Sagina stricta*, *Anagallis*, *Glaux*, *Atriplex patula*, *Lepigonum medium*, *Halianthus*, *Ranunculus sceleratus*, *Crambe*, *Sisymbr. palustre*, *Lotus corniculata β*.

Graminosa: *Agrostis alba*, *Erythrææ*, *Juncus bottnicus*, *Triglochin marit.*, *Trifol. fragifer.*, *Carex distans*, *Ophioglossum*.

In *Alga* littore rejecta crescunt: *Triticum repens*, *Galium Aparine*, *Atriplex littoralis*, *Rumex maritimus*, *Stellaria crassifolia*, *Cakile*.

Rupestres plantæ: *Plantago maritima*, *Armeriæ*, *Allium vineale*, *Silene maritima*, *Sedum*

album, *Cochlearia officinalis*, *Aster*, *Pyrethrum maritimum*, *Parmelia Aquila*, *Ramalina scopulorum*, *Borrera ciliaris* in maritimis colore umbrino insignis.

In graminosis insularum, nec non in fissuris rupium obvia: *Ligusticum*, *Angelicæ*, *Euphorbia palustris*, *Eupatorium*. Semper in graminosis: *Centunculus*, *Pimpinella nigra*, *Lychnis pratensis*, *Trifol. procumbens* et *minus*.

In lapidosis interioris insularum partis: *Galium erectum Smith.*, *Ribes rubrum*, *Torilis*, *Allium Scorodoprasum*, *Convallaria majalis*, *Epilobium angustifolium*, *Rubus cæsius* et *saxatilis*, *Erysimum hieracifolium*, *Geranium lucidum*, et inter frutices: *Lathyrus latifolius* et *sylvestris*.

In stagnis rupium: *Typhæ*.

Quæ qualiacunque quum præmissa fuerint, proposito nostro propius accedimus.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1 SALICORNIA *herbacea. Lin.* In littore limoso insulæ Domsö, Paroeciæ Styrsö, passim.

— — *β prostrata. Osbeck. Fl. Halland.* In littore marino ad Ganled, Par. Frölunda, passim.

2 HIPPURIS *vulgaris. L.* In amni Mölndalsån etc. passim.

3 ZOSTERA *marina. L.* Ubique in Oceano.

DIGYNIA.

4 CALLITRICHE *verna. L.* In fossis etc., frequens.

5 —— *autumnalis. L.* In lacu Stensjön, Par. Fässberg, frequens.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

6 FRAXINUS *excelsior. L.* In lucis, rarius.

7 CIRCÆA *alpina. L.* In umbrosis humidis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, Par. Fässberg, passim.

8 VERONICA *longifolia. L.* In montibus Björkåsbergen, prope viam ad pagum Toltorp, Par. Fässberg, et in Insula Win-

ga, Par. Styrsö, rarius. Variat foliis oppositis, ternis vel quaternis.

9 —— *officinalis. L.* In pascuis sylvaticis, frequens. Var. flor. alb. et in montosis spica ramosa.

10 —— *serpyllifolia. L* In pascuis, frequens.

11 —— *Beccabunga. L.* Locis humidis, frequens.

12 —— *scutellata. L.* In uliginosis frequens Var. glabra et villosa.

13 —— *Chamædrys. L.* In pratis, frequens. In umbrosis folia sæpe petiolata.

14 Veronica *agrestis. L.*—*V. versicolor Fries.* In cultis, frequens.

15 —— *arvensis. L.* In cultis, passim.

16 —— *verna. L.* Locis aridis, passim.

17 Pingvicula *vulgaris. L.* In partis uliginosis, frequ.

18 Utricularia *intermedia. Hayne.* In paludibus circa Råda, Par. Råda, passim.

19 —— *minor. L.* In palude Lagklarebäcks måsse, rarius.

20 Lycopus *europæus. L.* Ad ripas, haud infrequens.

21 Lemna *trisulca. L.* In piscinis etc., passim.

22 —— *minor. L.* Cum priori, frequens.

DIGYNIA.

23 Anthoxanthum *odoratum. L.* In pratis, frequ.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

24 Valeriana *officinalis*. *L.* In uliginosis montosis et ad aquas, frequens.

25 —— *dioica*. *L.* Habitat ad Gothoburgum secundum *Bromelii Chlor. Goth.* p. 119. Mihi nunquam visa.

26 Fedia *olitoria*. *Vahl* - *Valeriana Locusta*. *L.* In Rosenlund ad viam inter urbem et Masthugget, rarius. *Mag. Rönnow.*

27 Iris *Pseudacorus*. *L.* Ad ripas fluvii Mölndals ån, passim.

28 Schoenus *albus* *L.* In palude Lagklarebäcks måsse etc., passim.

29 Scirpus *cæspitosus*. *L.* In palud. cæspitos. ex. gr. Lagklarebäcks måsse, frequens.

30 —— *Bæothryon*. *Ehrhart*. In insula Domsö, passim.

— — *β campestris*. *Fries. Flora Hallandica*. In palude Lagklarebäcks måsse. Pedalem altitudinem attingit.

31 Scirpus *acicularis*. *L.* Ad ripas, frequens.

32 —— *palustris* *L.* Ad ripas, frequens.

33 —— *lacustris* *L.* In aqua, frequens.

34 —— *maritimus*. *L.* In insula Domsö, passim.

35 —— *sylvaticus*. *L.* Ad ripas amnis Mölndals ån, prope Lagklareback, passim.

36 Eriophorum *vaginatum*. *L.* In palud. cæspitos., passim.

37 —— *polystachion*. *L.* - *E. angustifolium Rothii Fl. Germ.* ubique frequens.

38 Nardus *stricta*. *L.* Locis aridis, passim.

DIGYNIA.

39 Agrostis *canina. L.* In pratis siccis, frequ. Var., in sabuletis ad viam inter Gunnebo et Lagklarebäck, pumila, ustilaginosa.

40 —— *vulgaris. Schrader. Fl. Germ.* Cum priori, frequ.

41 —— *stolonifera. Smith. Fl. Brit.* – *A. verticillata Fries.* In fossa juxta viam inter Gothoburgum et Kärra. *Fries. nov. Fl. Sv. part. V.*

42 —— *alba. L., Schrad.* In littore marino, frequ.

43 —— *straminea. Hartman. Scand. Fl.* In littore marino ad Ganled, etc., passim.

44 —— *spica venti. L.* In agris, frequens. A congeneribus valde diversa. Valvulæ calycinæ inæquales, corollinæ subæquales, arista subapicularis flore pluries longior.

45 Calamagrostis *stricta. Hartm.* In pratis uliginosis ad lacum Stensjön, passim.

46 —— *arundinacea. Roth.* – *Agrost. arund. L.* – *Arundo sylvat. Schrad.* In montosis, frequens.

47 —— *epigejos. Roth.*-*Arund. epig. L.* Ad radices montium, ex. gr. in Lagklarebäcks kulle, passim.

48 Arundo *Phragmites. L.* In aqua, frequens.

49 Alopecurus *pratentis. L.* In pratis, frequens. Var. spica interrupta.

50 —— *geniculatus. L.* Locis humidis, frequens.

51 Phleum *pratense. L.* In pratis, frequ. Locis sterilibus radix bulbosa et spica brevis. *Phl. nodosum Roth.*

52 Phalaris *arundinacea. L.* Ad ripas, frequens.

53 Milium *effusum. L.* In umbrosis ad Gunnebo, Par Fässberg, passim.

54 Holcus *lanatus. L.* In pratis, frequens. Radix fibrosa.

55 —— *mollis. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks back, passim. Radix longe lateque repens.

56 Hierochloa *odorata. Römer. Syst. Veg. - Holcus odoratus. L.* Habitat ad Gothoburgum secundum *Bromelium.*

57 Arrhenatherum *avenaceum. Palisot de Beauvois. - Aven. elatior. L.* In pratis, haud infrequens.

58 Avena *fatua. L.* Inter segetes, frequens.

59 —— *pratensis. L.* In pratis siccioribus, frequ.

60 —— *pubescens. L.* In nemoribus ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., passim. *A. præcox* ad vias prope fines Hallandiæ crescens, vix hic desiderari potest.

61 Aira *cæspitosa. L.* In pratis fertilibus, frequ. Var. panicula straminea.

62 —— *flexuosa. L.* In collibus, frequ. Var. flor. vivipar.

63. Melica *nutans. L.* In umbrosis ad montium latera, passim.

64 Briza *media. L.* In pratis, frequens.
65 Molinia *cærulea. Palis. de B.-Melica cærul. L.* In uliginosis, frequens. Var. panicula viridi.

Moliniæ valvula utraque corollina convexa, *Glyceriæ* vulvula exterior convexa interiorem concavam post florescentiam involvens. Ad *Moliniam* omnino pertinet *Aira aquatica. L.*, non adhuc mihi circa Gothoburgum visa.

66 Glyceria *distans. Wahlenb. Fl. Ups.-Poa distans. Lin. Mant.* Ad margines viæ Hallandicæ prope Lagklareback etc., passim.

Radix fibrosa. Panicula ramis longioribus, post florescentiam reflexis. Valvulæ corollinæ rubro-virides, margine membranaceo, hyalino, quare flores variegati apparent. Gramen rigidum, obscure glaucescens

67 —— *capillaris - Festuca capillaris. Liljbld.* In littore marino arenoso, frequens.

Radix fibrosa. Culmi adscendentes vel subprostrati, cum foliis laxiores. Ligula ut *G. dist.* breviuscula, obtusa. Panicula ramis longioribus post florescentiam reflexis. Calyx 7- ad 9-florus. Gramen pallidius, post anthesin flavescens, in hisce oris vix pedale, panicula pollicari.

68 —— *maritima.-Poa marit. Hudson., Smith.* In littore arenoso insulæ Domsö etc., passim.

Radix repens. Culmus strictissimus. Folia strictissima, involuta, glauca. Stipula longior, acutiuscula. Panicula, ramis brevibus vel

brevissimis ut spicam fere refert, ante et post florescentiam contracta, stricta. Spiculæ priorum longiores, purpurascentes. N:o 66, 67 et 68 species valde affines, præsertim priores, quarum differentia ex *Hartm. Scand. Fl.* p. 56, melius patet.

69 Glyceria *fluitans. Rœmer.-Festuca fluitans. L.* In aquosis, frequens.

70 —— *aquatica.- Poa aquatica. L.* In fluviis, frequens.

71 Poa *annua. L.* Ad pagos etc., frequentissima.

72 —— *pratensis. L.* In pratis, frequentissima.

73 —— *trivialis L.* Ad margines viarum etc. frequens. Varietatem, radice repente et spiculis conglomeratis, ad Lagklareback legi.

74 —— *serotina. Ehrhart.-P. angustifolia. L?* In pratis, frequens.

75 —— *nemoralis. L.* In nemoribus, frequens.

76 —— *compressa. L.* In muris vetustis Gothoburgi, frequens.

77 Dactylis *glomerata. L.* Locis siccioribus, frequens. In umbrosis panicula laxa nec glomerata.

78 Cynosurus *cristatus. L.* In pratis, haud infrequens.

79 Triodia *decumbens. Robert Brown.- Festuca decumbens. L.* Locis siccioribus, passim.

80 Festuca *ovina. L.* Locis sterilibus, ubique frequens.

81 FESTUCA *rubra. L.* In pratis frequens. In littore marino, Par. Frölunda, vivipara lecta in Jul. 1817. Var. spiculis glabris et pubescentibus.

82 BROMUS *giganteus. L.* In umbrosis ad Lagklarebäcks bäck, rarius.

83 —— *pratensis. Fries. Fl. Halland.-Festuca pratensis. Huds., Schrad.-F. elatior. L.* In pratis fertilibus, frequ.

84 —— *secalinus. L.* Inter segetes biennes, frequens. Var. pumilus, culmo 1-2-floro, *B. secal. A. pumilus. Liljbd. Fl.* 3 *upl. tillägg.*

85 —— *commutatus. Schrad.* In prato humido ad pagum Eklanda, Par. Fässberg, frequens.

86 —— *mollis. L.* Ad vias etc., frequens. In arenosis humilis, pauciflorus, *B. moll. β nanus. Weigel.*

87 —— *racemosus. Willdenow. Spec. Plant.-B. hordeaceus. Lin. Sp. Pl. Ed. 1.* In insula Domsö locis siccioribus, rarius. Vix species a *B. molli* distincta.

88 —— *tectorum. L.* In ruderatis, haud frequ.

89 TRITICUM *caninum. Huds.-Elymus caninus. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, rarius. In insula Grötö inter Gothob. et Marstrand, passim.

90 —— *repens. L.* In hortis, agris, etc., frequentissime. Gramen polymorphum. Var. spiculis glabris et pubescentibus, confertis et remotis, aristatis et muticis,

geminis et solitariis; colore glauco et viride. Vaginæ inferiores interdum pilosæ.

91 TRITICUM *junceum*. *L.* In littore arenoso insulæ Vrångö, Par. Styrsö, rarius.

92 ELYMUS *arenarius*. *L.* In maritimis arenosis, haud infrequens.

93 LOLIUM *temulentum*. *L.* Inter segetes annuas ad pagum Eklanda, passim.

94 —— *perenne*. *L.* Ad margines agror. et viar, frequ.

TRIGYNIA.

95 MONTIA *fontana*. *L.* In rivulis et scaturig. passim, ex. gr. ad Lagklarebäck, Lunnagården etc.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

96 SCABIOSA *succisa*. *L.* In pratis humidiusculis, frequ. Var. foliis integerrimis et serratis, glabris et pilosis; flore cæruleo, roseo et albo.

97 —— *arvensis*. *L.* In pratis siccioribus et ad margines agrorum, frequens. Var. fl. alb.

98 PLANTAGO *major*. *L.* Ad vias, ubique. Insignem varietatem in Blekingia vidi: foliis late lanceolatis, trinervibus, subserratis, glabris; scapo 3-6-floro. Planta minima.

— — *β scopulorum*. *Fries*. *Fl. Halland*. In littore marino ad Ganled

etc., passim. Eodem loco plura specimina scapo folioso legi.

99 Plantago *media. L.* Ad castellum Götha Lejon. Rara circa Gothoburgum planta.

100 —— *lanceolata. L.* Ad vias et in pratis, frequ.

— — *β altissima. Fries. Fl. Hall.* In cultis, frequ. Ad piscinas in horto Lagklarbeckensi hujus formam maximam, scapis apice foliosis et proliferis, in Aug. 1817 legi. Hæc est *P. lanceolata γ prolifera Roth.*

— — *γ graminifolia (mihi).* In insula Domsö, rara. Scapus bipedalis, erectus, lana densa basi cinctus. Folia scapo dimidio breviora, exacte graminea, longe pilosa, integerrima, trinervia, minime carnosa. Spica ovata. A *P. maritima* omnino diversa.

101 —— *maritima. L.* In maritimis ubique.

— — *β serpentina. Retzius.* In insula Domsö, passim.

— — *γ dentata. Fries. Fl. Halland?* In insula Domsö, passim. Minime *P. dentata Roth.* Folia planiuscula, linearia, dentata; nec plana, lanceolata.

— — *δ gentilis. Fries. Fl. Hall.* In rupibus maritimis ad Ganled, passim.

102 —— *Coronopus. L.* In insula Domsö, loco unico graminoso, passim.

103 Centunculus *minimus. L.* In insula Domsö, locis graminosis, passim. In littore lacus Långvattnet prope Lagklarebäck, rarius.

CENTUNCULUS *minimus β simplex* - *C. simplex Horneman.* In insula Domsö, passim.

104 SHERARDIA *arvensis. L.* Inter segetes annuas ad templum Kollered, Lunnagården etc., copiose.

105 ASPERULA *odorata. L.* Habitat ad Gothoburgum, secundum *Bromelium.*

106 GALIUM *boreale. L.* In pratis sterilibus, frequens.

107 —— *palustre. L.* In pratis humidis, frequens. Folia ovata usque ad linearia, 4-ad 8.

108 —— *uliginosum. L.* Locis humidis, frequens.

109 —— *verum. L.* In collibus et pratis siccioribus, frequens. Var. floribus ochroleucis, in insula Brusholmen, Par. Styrso; nec tamen *G Mollugo β ochroleucum. Fries. Nov. Fl. Sv* Caulis erectus, parum ramosus, ramis minime laxis. Folia linearia.

110 —— *Mollugo γ erectum. Fries. Nov.-G. erectum. Smith. Fl. Britan.* In insulis Brusholmen, Styrsö, Domsö, Varö etc., frequens.

Caulis ramosissimus, flaccidus, erectiusculus, glaber, lævis angulis subinde scabriusculus, bi-ad tripedalis, geniculis infractis, tumidis; internodiis apicem versus longioribus. Rami oppositi, patentes, pubescentes. Folia quina ad octona, lineari-lanceolata, glabra, uninervia, mucronata, margine revoluta, aculeato-serrulata, inferiora reflexa, superiora patentia

et divergentia, internodiis multo breviora. Paniculæ terminales et axillares, subtrichotomæ, foliosæ, foliis lanceolatis binis vel solitariis. Pedunculi bi-vel triflori, pubescentes, patentes, incrassati. Flores parvi, numerosissimi, odore melleo. Corolla acuminata, alba. Stigmata 2, capitata. Semina inæqualia, subrotunda, glabra, lævia.

111 Galium *Aparine. L.* In hortis et agris, frequ. Var. foliis senis.

112 Majanthemum *Convallaria. Roth.-Convallaria bifolia. Lin.* In nemoribus, frequens. Var. fol. solitar.

113 Cornus *suecica. L.* In paludibus exsiccatis etc., frequ.

114 Alchemilla *vulgaris. L* In pratis, frequ. Floret Jun. et Jul. Var. glabra et pilosa.

— — *β pubescens. Wahlenb. Fl. Lap.* In montosis, frequens. Floret vere. Planta sericeo-pubescens.

DIGYNIA.

115 Cuscuta *europæa. L.* In insula Varö, Par. Styrsö, *Gal. erectum* passim involvens.

TETRAGYNIA.

116 Potamogeton *natans. L.* In aqua, frequens.

— — *β acaulis. (mihi).* In aqua tenui rivuli Lagklarebäcks bäck, passim. Radix repens. Pedunculi radicales, tenues,

adscendentes. Folia late-lanceolata, parum coriacea, breviter petiolata, longitudine pedunculorum. Flores remoti.

117 POTAMOG. *perfoliatum. L.* In fluviis et lacubus, frequ.

118 —— *compressum. Willd.* In fossis peninsulæ Gammelstads holme cum *Riccia fluitante*, passim.

119 —— *pusillum. L.* In rivo inter templum Fässberg et Lunnagården, passim.

120 RUPPIA *maritima. L* In sinu maris ad insulam Domsö, copiosissime.

121 SAGINA *procumbens. L.* In pascuis, ubiquè.

122 —— *ciliata. Fries. Nov.* In insula Domsö, rara.

123 —— *stricta. Fries. Nov.* In littore petroso insular. Styrsö et Varö, passim.

124 RADIOLA *millegrana. Smith - Linum Radiola. L.* Ad vias arenosas et in montosis, frequ.

Tillæa aquatica, L, Willd. ad diversorium Åsa, Halland lecta, nec propius observata.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

125 ECHIUM *vulgare. L.* In ruderatis Gothoburgi, rarius. In arce Bahusiensi, frequ.

126 LITHOSPERMUM *officinale. L.* Cum priori ad Gothob. rarius, ad arcem Bahusiensem, frequens.

127 Lithosperm. *arvense.* *L.* In agris, passim.
128 Symphytum *officinale.* *L.* Ad Gunnebo, solo pingvi, pass.
129 Cynoglossum *officinale.* *L.* In ruderatis, nec non in littore marino ad Ganled, minus frequens.
130 Echinospermum *Lappula. Lehman. Monogr. Asperifol -Myosotis Lappula. L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium.* Mihi in hisce regionibus ignotum.
131 Myosotis *arvensis. Roth. - M. scorpioides α arvensis. L.* In cultis ubique.
132 —— *palustris. Roth. - M. scorp. β palustris. L.* Locis humidis, frequ. Var. fl. alb.
133 Anchusa *officinalis. L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium*, rara tamen.

Calyx 5-fidus. Corolla glabra, purpurea demum violacea. Limbus concavus, 5-fidus; laciniis latis, obtussimis. Tubus calyce longior. Faux, fornicibus crassis, tubum excedentibus, clausa.

"Anchusa Echii foliis et floribus *C. Bau-* "*hin.* Svet. röd oxetunga". *Bromel. Chlor. Goth.* p. 6, sine dubio eadem est, quam prope Upsaliam legi.

Calyx sub 5-partitus. Corolla semper purpurea. Limbus planus, sub 5-partitus, longe ciliatus; laciniis angustis, acutis, plaga longitudinali media apicem totum occupante, foliacea, rubro-viridi. Tubus longitudine calycis. Faux fornicibus, tenuibus, tubum vix æquan-

tibus, nec illum claudentibus, munita. Habitus fere *Echii* Species procul dubio diversa.

134 LYCOPSIS *arvensis. L.* In agris, frequens.

135 ASPERUGO *procumbens. L.* In ruderatis Gothob., minus frequ.

136 PRIMULA *veris. L.* In prato Lerflatan ad Lagklarebäck etc., rarius.

137 MENYANTHES *trifoliata. L.* In palud., haud infrequ.

138 HOTTONIA *palustris. L* In rivo inter Lunnagården et templum Fassberg etc., parcius.

139 LYSIMACHIA *vulgaris. L.* Ad ripas fluviorum, frequ.

140 —— *Nummularia. L.* Ad Liseberg, 1813 lecta a *Mag. Rönnow.*

141 —— *thyrsiflora. L.* Ad aquas, passim. Stamina sæpius 6, usque ad 9.

142 ANAGALLIS *arvensis. L.* In littore marino ad Ganled, rarius.

143 POLEMONIUM *cæruleum L.* Inter Solan. tuberos. ad pagum Mölndal, Par. Fassberg, pluries lectum.

144 CONVOLVOLUS *arvensis. L.* In loco elato prati Mellangardet, ad Lagklareback, rarius.

145 —— *sepium. L.* Inter frutices ad Lagklarebäck etc., haud infrequens. Ingratus hortorum incola.

146 DATURA *Stramonium. L.* Ad Liseberg, *Mag. Rönnow*, etc.; aufuga horto.

147 VERBASCUM *Thapsus. L.* Locis glareosis,

rarius, ex. gr. ad Gunnebo. Var. fl. alb.

148 VERBASCUM *nigrum. L.* Ad radices montium Björkåsbergen; in coemeterio templi Kollered etc., passim. Var. fl. alb.

149 HYOSCHYAMUS *niger. L.* In ruderatis et ad vias, passim.

150 SOLANUM *nigrum. L.* In cultis, frequens.

151 —— *Dulcamara. L.* Inter frutices ad aquas, passim. Var. fl. alb.

152 CAMPANULA *rotundifolia. L.* Ubique frequens. Var. fl. alb. *C. patula*, quæ in *Liljbd. Sv. Fl. 2. upl.* ad Gothob. cresci fertur, nunquam ibi mihi occurrit.

153 —— *persicifolia. L.* Locis montosis, frequ. Var. fl. alb. et calyce hispido vel glabro.

154 —— *rapunculoides. L.* In umbrosis ad latera rupium Gunneboensium, nec non ad Gammelstaden, rara.

155 —— *Trachelium. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, et ad latera montium inter Lahall et Gothob., passim. Var. fl. alb.

156 —— *latifolia. L.* In umbrosis ad latera rupium Gunneboensium, parcius. Hic sæpe uniflora, vix plus quam triflora crescit.

157 JASIONE *montana. L.* In montosis, frequens. Var. fl. alb.

— — *β littoralis. Fries. Nov.* In arenosis maritimis, Par. Styrsö, parcius.

158 Lobelia *Dortmanna. L.* In lacu Långvattnet, Par. Fassberg; Rådasjon, Par. Råda etc., frequens.

159 Lonicera *Xylosteum. L.* Ad Gunnebo, rara. Eodem loco individuum crescit, juxta terram sex pedes in circuitu

160 —— *Periclymenum. L.* In rupibus, frequens.

161 Viola *palustris. L.* In palud. passim.

162 —— *canina. L.* Ubique frequens. Var. fl. alb.

163 —— *tricolor. L.* In collibus et arvis, frequens.

— — β *arvensis. Wahlenb. Ups.* In arvis, frequ.

164 Impatiens *noli tangere. L.* In umbrosis ad Lagklarebäcks bäck, passim. Flores serotini, ut in *Violis* quibusdam, incompleti.

165 Rhamnus *catharticus. L.* In dumetis, parcius.

166 —— *Frangula. L.* In nemoribus et montibus, frequens.

167 Ribes *rubrum. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, frequ. Rarius baccis albis. In Vinga, Varö etc., foliis subtus tomentoso-pubescentibus, frequens.

168 —— *nigrum. L.* Juxta rivulum ad Lunnagården, *Mag. L. M. Holmberger.*

169 —— *Grossularia. L.* In dumetis, passim.

— — β *Uva crispa.* - *R. Uva crispa. L.* Cum priori, cujus varietas mihi videtur.

170 Hedera *Helix. L.* In monte ad Lagklarebäcks utmark, passim, *ipse.* In dumeto ad Stora Enggården extra Slottskogen, *J. M. Lindenström.* Floret Octobri.

171 Glaux *maritima. L.* In maritimis, frequens.

172 Erythræa *angustifolia. Linck in manuscr.*– *E. littoralis. Fries.*–*Gentiana Centaurium var. Lin. Sv* In insula Varö, locis graminosis, frequ.

— — *β littoralis.*–*Chironia littoralis. Engl. Bot.* In insula Domsö, locis graminosis, haud infrequ.

173 —— *ramosissima. Swartz. Sum. Veg. Scand.* In insula Domsö, passim. Folia ovato-lanceolata, crassiuscula; caulis ramosissimus. Hæc proxime accedit ad *E. Centaurium. Persoon*, in Ostrogoth., Scania lecta.

— — *β pulchella. Sw. Sum. Veg. Scand.* Cum priori frequentior. Folia ovata, tenera; caulis plerumque simplex.

DIGYNIA.

174 Gentiana *campestris. L.* In Ericetis ad Lagklarebäck etc., minus frequ. Var. fl. alb.

175 —— *Pneumonanthe. L.* In Ericetis humidis ad Lagklarebäck etc., passim. Floret Aug., Sept.

176 Chenopodium *polyspermum. L.* In horto Lagklarbeckensi locis umbrosis, parcius.

CHEN. *polysperm.* β *acutifolium.* – *Ch. acutifol.* Smith. Fl. Brit. Comp. In horto Lagklarbeckensi, locis apricis, passim.

177 —— *Bonus Henricus.* L. Ad pagos, passim.

178 —— *urbicum.* L. Ad pagum Mölndal, passim.

179 —— *rubrum.* L. Ad vias etc, frequens.

180 —— *viride.* L. In cultis, frequens.

— — β *album.* – *Ch. album.* L. Cum priori, frequ.

181 —— *glaucum.* L. Ad vias etc., frequens.

182 ATRIPLEX *hortensis.* L. In cultis, frequens.

— — β *rubra.* L. Cum priori, passim.

183 —— *patula.* Smith. In cultis, ad vias, ex gr. ad Gammelstaden, Lagklarebäck etc., passim.

Caulis patulus. Folia sæpe viride-pulverulenta, inferiora hastata, sinuato-dentata. Racemi nutantes. Valvulæ seminiferæ deltoideo-rhombeæ, acutæ, denticulatæ, disco hinc vel utrinque tuberculato-muricatæ.

— — β *prostrata (mihi).* – *A. laciniata* nonnullis. In maritimis ad Ganled etc, frequens.

Caulis prostratus, ramosissimus, sæpe rubicundus. Folia subtus incano-pulverulenta, crassiuscula.

— — γ *stricta. (mihi).* In insula Brusholmen etc., haud infrequens.

Herba pallide virens. Caulis simplex vel ramosus, strictus. Folia subserrata; sæpe sub-

tus incano-pulverulenta, subcarnosa. Racemi stricti.

— — δ *macrocarpa (mihi).* Cum prioribus, passim.

Caulis patulus. Folia oblongo-ovata, carnosa, viride-pulverulenta, integerrima. Racemi erecti. Valvulæ seminiferæ præcedentium duplo fere majores, maturescente fructu 5 circiter lineas longæ, carnosæ, integerrimæ.

Formæ supra descriptæ, maxime tantum notabiles, quæ circa Gothob. crescunt. Occurrunt aliæ quoque minoris pretii, has ita conjungentes, ut difficile distingventur.

A. hastata. L. abunde differt: vulvulis fructiferis maximis, etiam hujus var. δ majoribus, submembranaceis, margine sinuato-dentatis, dentibus apice setaceis.

A. laciniata. L. foliis distingvitur deltoideo-rhombeis, basi angustatis, (nec hastatis, basi latissimis) utrinque argenteo-pulverulentis etc., Ambæ raræ sine dubio in Svecia plantæ, nondum vivæ mihi visæ.

A. pedunculatam tantum in Bahus. boreal. legi.

184 —— *angustifolia Smith. – A. patula. Wahlenb. Ups.* In cultis et ruderatis, ubique frequens.

Caulis divaricatus. Folia lanceolata, integerrima, infima subhastata, parum dentata. Valvulæ seminiferæ apice elongato-lanceolatæ, acutæ, margine integerrimæ, disco raro muricatæ, læviusculæ. Semina præcedentis duplo minora. *Smith. Brit.*

185 Atriplex *littoralis. L.* In Zostera littore rejecta, ex. gr. in insula Brusholmen, copiose.

— — *β serrata. Smith.* In insula Fillskär, passim.

186 Salsola *chenopodioides. Hartm. Scand. Fl.*- *Chenopod. maritimum. L.* In littore petroso insulæ Fillskär, Par. Styrsö, haud infrequens.

Caulis erectus, a radice ad apicem usque ramosus, ad pedalem altitudinem adscendens. Folia interstitiis duplo vel triplo longiora. Herba siccata flavescens

Ex insula Rügen mihi benigne communicavit amicissimus *Beurling* varietatem: caule subprostrato, basi tantum ramoso, pollicari vel palmari; foliis longitudine interstitiorum. Hæc sicca in nigrum vergit. Eadem varietas, ni fallor, in Gottlandia crescit.

187 —— *Kali. L.* In littore arenoso Par. Frölunda, ad Ganled etc., minus frequens. In hisce oris pedalis, ramosissima.

188 Ulmus *campestris. L.* Ad Lagklarebäck etc., passim.

189 Eryngium *maritimum. L.* In littore arenoso Par. Askim et in insula Vrångö, haud frequens.

190 Hydrocotyle *vulgaris. L.* Ad Ganled, rarius.

191 Torilis *Anthriscus. Gmelin. Fl. Sibir.*-*Tordylium Anthr. L.* In insulis Vinga, Fillskär etc., passim.

192 Conium *maculatum. L.* In insula Vinga, rarius.

193 Selinum *palustre. L.* In paludosis, frequens.

194 —— *Carvifolia L. Sp. Pl.* Loco humido in prato ad Lilla Lagklarebäck, rarius.

195 Angelica *sylvestris. L.* Ad ripas fluviorum et in insulis maritimis, frequens.

196 —— *littoralis. Fries. Fl. Hall.* In insulis Fillskär, Buskär, Dannemarks Lilja etc., copiose. *A. Archangel.* proxima.

197 Heracleum *Sphondylium. L.* In pratis, passim.. Var. fl. alb. et flavo-virid., seminibus orbiculatis et ovali-ellipticis.

198 Ligusticum *scoticum. L* In insulis Domsö, Vinga, Skepsholmsdrag etc., haud infrequens.

199 Sium *latifolium. L.* In fossis vallorum ad Gothob., passim.

— — *β longifolium Fries. Fl. Hall.* In fossis versus Gothoburgum. *Fl. Hall. p.* 52.

200 Phellandrium *aquaticum L.* In fossis peninsulæ Gammelstadsholme, passim.

201 Cicuta *virosa L.* In amni Stora Säveån ad Gammelstaden, passim.

202 Æthusa *Cynapium. L.* In cultis, ubique frequens.

203 Chærophyllum *sylvestre. L.* In pratis &c. frequentiss.

204 —— *Cerefolium. Crantz. — Scandix Cerefol. L.* In cultis, sed vere spontaneum; nec non

ad viam Hallandicam prope Lilla Lagklarebäck, parcius.

205 Carum *Carvi.* L. In pratis, frequ. Var. fl. ros.

206 Pimpinella *Saxifraga.* L. Locis aridis, frequens.

— — β *nigra.* - *P. nigra. Willd.* Præsertim in maritimis, ex. gr. in insula Styrsö, passim.

207 Ægopodium *Podagraria.* L. In hortis, passim.

208 Viburnum *Opulus.* L. In montibus et pratis, frequ.

209 Sambucus *nigra.* L. In prato Leiflatan ad Lagklareback, rarius.

TETRAGYNIA.

210 Parnassia *palustris.* L. Locis humidis prati Bruängen ad Lunnagården. *Mag. L. M. Holmberger.*

PENTAGYNIA.

211 Armeria *vulgaris. Willd.*-*Statice Armeria.* L. In rupibus maritimis, frequens.

— — β *maritima.*-*A. maritima. Willd.* In rupibus ad Ganled et in montosis insularum, pass.

212 Statice *Limonium.* L. In littore insulæ Domsö, rarius.

213 Linum *usitatissimum.* L. Inter segetes et ad vias, hodie haud rarum.

214 Linum *catharticum*. *L*. In pratis humidiusculis, passim. Var. caul. simpliciss. uniflor.

215 Drosera *rotundifolia*. *L*. In palud. muscosis, frequ.

216 —— *intermedia*. *Hayne*. In palud. profundis, locis denudatis, ex. gr. in Lagklarebäcks mâsse, passim. Var. scapo unifloro.

Folia obovata vel oblonga. Scapus folia vix superans, adscendens. Flores magnitudine *D. rotundifoliæ*. Capsula trivalvis.

Drosera anglica. *Smith*.–*D. longifolia*. *Hayne*, non adhuc ad Gothob. lecta, species distinctissima. Folia lineari-obovata. Scapus foliis plus quam duplo altior, erectus. Flores *D. rotundifoliæ* duplo majores. Capsula 4 - valvis. Semina, ni fallor, a prioris diversa.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

217 Allium *Scorodoprasum*. *L*. In insulis Varö, Fillskär etc., passim.

218 —— *oleraceum*. *L*., *Smith*., *Roth*. Inter frutices in plurimis Sveciæ regionibus, frequens.

Folia semiteretia vel teretiuscula, fistulosa. Spatha inæqualis, valvula altera in folium longissimum excurrente. Capitulum, bulbillis ovatis, minus confertis, compositum. Flores nutantes, campanulati sub ipsa florescentia paullu-

lum expansi, albo-virides, rubro-lineati. Stamina longitudine corollæ.

ALL. *olerac.* β *carinatum.* -- *A. carinat. L.* In maritimis, ex. gr. in insula Vinga, passim.

Ad Lincopiam locis arenosis eundem observavi. Ab *Allio oleraceo* habitu crassiori, foliis planis, nec fistulosis, spatha adhuc longiori et floribus roseis, diversum. Haud species distincta.

A. oleraceum. Fries. Fl. Hall. a *Lin.* distinctum: foliis filiformibus, spatha brevi, bulbillis copiosis, ad *A. vineale* paullulum accedere videtur.

219 —— *vineale. L. Sp. Pl.* -- In montosis insulæ Styrsö; in Björkåsbergen juxta viam ad pagum Toltorp; ad Gamled etc, non infrequens. In agris Oelandiæ, Ostrogothiæ circa Lincopiam, in insula Vermdön prope Holmiam, et sine dubio variis Sveciæ austral. locis.

Radix bulbosa, bulbis inæqualibus composità. Caulis erectus, nec apice declinatus. Folia teretia, fistulosa, glabra; vaginis teretibus. Spatha decidua, monophylla, lacera, in cornu breve terminata. Capitulum sphæricum, bulbillis obovatis, aristatis, confertissimis compositum. Flores omnes plerumque e medio simul prodeuntes, subfastigiati, brevius quam prioris pedunculati, erecti, globoso-campanulati, *A. oleracei* dimidio minores, in arvis purpurei, in montosis albo virescentes, rubro-lineati. Stamina exserta, tricuspidata, setis lateralibus an-

theram superantibus. Var. capitulis geminis et bulbillis viviparis. Odor ab *A. olerac.* divers., *A. sativi* similior.

220 ORNITHOGALUM *luteum* L. In nemoribus ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., passim.

221 —— *minimum.* L. Cum priori, parcius.

222 —— *umbellatum.* L. In nemorosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, rarius.

223 ASPARAGUS *officinalis.* L. In insula Vinga, frequ.

224 CONVALLARIA *majalis.* L. In nemoribus, frequ. In insula Varö, frequentissima.

225 —— *Polygonatum.* L. In insula Varö etc., passim.

226 —— *multiflora.* L. In umbrosis ad latera rupium Gunneboensium, passim.

227 NARTHECIUM *ossifragum.* Smith. - *Anthericum ossifrag.* L. In palude Lagklarebäcks mässe etc., frequens.

228 JUNCUS *conglomeratus.* L. In palud., frequens.

229 —— *effusus.* L. Cum priori, passim.

230 —— *filiformis.* L. In humidis, frequens.

231 —— *squarrosus.* L. Locis sterilibus in Lagklarebäcks utmark, passim.

232 —— *bulbosus.* L. Ad vias etc., frequens.

—— *β bottnicus Hartm.* - *J. bottnicus Wahlenb. Fl. Lap.* In littore marino, frequens.

233 Juncus *articulatus. Lin. Svec.* In paludosis apricis, frequ. Var. monstrosus, capitulis foliosis utriculosis, *J. articulat. β. Fl. Sv.*

234 —— *sylvaticus. Willd.-J. acutiflorus. Ehrh.* In palud. præsertim sylvaticis, passim.

235 —— *verticillatus. Persoon., Liljbd. Fl. 3. upl.* In uliginosis montium, frequens. Plerumque viviparus.

— — *β fluitans. Pers.* In aquosis, parcius.

— — *γ supinus. Pers.* In stagnis exsiccatis, frequens.

236 —— *bufonius. L.* In uliginosis, frequens. Var. fl. vivipar.

— — *β congestus (mihi).* Ad margines viæ Hallandicæ prope Lilla Lagklarebäck, parcius. Flores plerumque terni. *J. bufon. B. Liljbd. Fl. 2. upl.*

237 Luzula *pilosa. Willd - Juncus pilosus. L.* In nemoribus, frequ.

238 —— *campestris. Willd.-Juncus camp. L.* In pascuis, frequ.

239 Acorus *Calamus. L.* In rivo inter Lunnagården et Fässberg, *Mag. Holmbergsr.* Ad Kungsbacka, frequens.

240 Berberis *vulgaris. L* In dumetis ad Lagklarebäck etc., rara.

241 Peplis *Portula. L.* In uliginos. exsiccat. montium Björkåsbergen, rarius.

TRIGYNIA.

242 Rumex *crispus. L.* Ad vias et in pascuis, frequens.

— — *β domesticus.-R. domesticus. Hartm.* Cum priori, frequens.

243 —— *Hydrolapathum. Willd. Sp. Pl.-R. acutus. Wahlenb. Ups.* Ad ripas amnis Molndals ån prope Lagklarebäck, rarius. In rivo inter Lunnagården et Fässberg, frequ.

244 —— *aquaticus. L.* Ad ripas fluviorum, passim.

245 —— *obtusifolius. L.* In umbrosis ad Lagklarebäck etc., passim.

246 —— *maritimus. L.* In Zostera littore rejecta insulæ Grötö, frequens. Hæc planta longius a mare recedit, ex. gr. ad Linçopiam.

247 —— *Acetosa. L.* In pratis, frequens.

248 —— *Acetosella. L.* In aridis, montosis, frequens.

249 Triglochin *palustre. L.* In pratis humidis, passim.

250 —— *maritimum. L* In littore marino, nec non in pratis humidis longius a mare remotis, frequens.

POLYGYNIA.

251 Alisma *Plantago. L.* Ad ripas, frequ.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

252 Trientalis *europæa. L.* In nemorib. etc., pass

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

253 Epilobium *angustifolium. L.* In montosis, passim. In insula Varö, frequentissime.

254 —— *montanum. L.* In umbrosis ad Lagklarebäck etc., frequens.

255 —— *roseum. Smith.* Juxta viam ad Jacobsdal prope templum Orgryte, rarius.

256 —— *tetragonum. L.* Ad fontem muscis fere repletam in Lagklarebäcks mâsse cum *Montia* parcius crescit.

—— —— *β virgatum. - E. virgatum. Fries. Fl. Hall.* Locis humidis juxta viam ad pagum Toltorp, passim.

—— —— *γ anceps. (mihi).* Cum *β* parcius. Caulis vix pedalis, anceps. Folia late - lanceolata.

257 —— *palustre. L.* In palud., frequ. Var. fl. alb.

258 Oxycoccus *palustris. Pers. - Vaccinium Oxycocc. L. - Schollera Oxycocc. Roth.* In palud. muscosis, passim.

259 Erica *Tetralix. L.* Locis sterilibus uliginosis, frequentissima. Var. fl. alb.

260 Calluna *Erica. De Candolle. - Erica vulgaris. L.* Locis sterilibus, frequentissima. Var. fl. alb.

261 Acer *Platanoides. L.* In nemorosis ad Lagklarebäck etc., haud frequens.

DIGYNIA.

262 Chrysosplenium *alternifolium*. *L.* Ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., passim.

TRIGYNIA.

263 Polygonum *amphibium*. - *P. amphib.* β *L. Sv.* In aqua, passim.
— — β *terrestre*. - *P. amphib.* α *L. Sv.* In arvis humidis, frequens.
264 —— *lapathifolium*. *Willd.* In agris, ad fimeta etc., frequens. Flores albo-virides vel rubicundi.
— — β *incanum*. - *P. incan. Willd.* In littoribus lacuum nec non in agris, ex. gr. ad Lagklarebäck, passim.
265 —— *Persicaria*. *Willd.* In fossis ad viam Hallandicam prope Lilla Lagklarebäck et ad Gammelstaden, parcius. Flores rosei. Præcedenti omni parte gracilius. Folia *P. amphib.* β *terrestr.*, *lapathifol.*, β *incan.* et *Persicariæ* sæpe macula umbrina notata.
266 —— *minus*. *Hudson.* In fossis humidis in prato ad pagum Eklanda, passim.
267 —— *Hydropiper*. *L.* In udis pingvibus, ad vias etc. passim.
268 —— *aviculare*. *L.* Ad pagos, etc., frequentiss. Forma foliorum valde variabilis. Flor. alb. vel. ros.
269 —— *Convolvolus*. *L.* In cultis, frequens. Semina omnino opaca.

270 POLYGON. *dumetorum. L. Sp. Pl.* In dumetis, ex gr. in Lagklarebäcks kulle, passim. Semina nitidissima.

TETRAGYNIA.

271 PARIS *quadrifolia. L.* In umbrosis ad rupes Gunneboenses etc., passim.

272 ADOXA *moschatellina. L.* Ad Liseberg, *Mag. Rönnow.* Ad Lunnagården, *Mag. Holmberger.*

273 ELATINE *Hydropiper. L.* In amni Mölndals ån prope Lagklarebäck, passim.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

274 BUTOMUS *umbellatus. L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium.*

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

275 LEDUM *palustre. L* Locis paludosis, rarius, ex. gr. ad Gunnebo.

276 VACCINIUM *Myrtillus. L.* In montosis et pratis sylvaticis, frequens.

277 —— *uliginosum. L.* In Ericetis uliginosis, frequ.

278 —— *Vitis idæa L.* In collibus et campis siccis, sterilibus, frequentiss.

Hocce genus auctoritate Cel. Persoonii ad Decandriam transtuli, ob affinitatem cum *Andromedis*, *Arbutis*, Stamina sæpe 10 hoc affirmare videntur.

279 Andromeda *polifolia*. *L.* In palud. præsertim sylvaticis, passim; ex. gr. ad Gunnebo.

280 Pyrola *media*. *Swartz*. *Sv. Bot.* In umbrosis ad Stora Enggården, *Lindenström.*

281 —— *minor*. *L.* In umbrosis ad rupes Gunneboenses, passim.

DIGYNIA.

282 Scleranthus *annuus*. *L.* In agris et pascuis, frequ.

283 —— *perennis*. *L.* Locis arenosis et montosis, passim.

284 Saxifraga *granulata*. *L.* In collibus apricis, passim.

285 Dianthus *deltoides*. *L.* In collibus et campis siccis, passim. In maritimis altior, flore majore.

Dianth. glaucum. *L. Sp. Pl.* tantum in ruderibus arcis Hornborg, Par. Quille, Bahus. boreal., legi.

286 Saponaria *officinalis*. *L.* In graminosis hortorum, nec non extra hortos, passim.

TRIGYNIA.

287 Silene *nutans*. *L.* In montosis, passim.

288 SILENE *noctiflora. L.* In cultis ad Gunnebo, parcius.

289 —— *inflata. Salisbury.* -- *Cucubalus Behen. L.* Ad margines agrorum prope pagum Mölndal, haud frequ.

290 —— *maritima. Smith.* -- *Cucubalus Behen β Lin. Sp. Pl.* In scopulis maritimis, ubique frequens.

291 —— *rupestris. L.* Frequentissima montium incola.

In oleraceis et horto Lagklarbeckensi multos per annos sese sponte disseminantes inventæ sunt *S. Armeria* et *5-vulnera.*

292 STELLARIA *Holostea. L.* In prato nemoroso, mari propinquo, haud procul a templo Askim, *Mag. Holmberger.* In nemorosis insulæ Grötö, *ipse.* Semina quam in ceteris nostrat. majora, magisque granulato-scabra.

293 —— *glauca Smith.* -- *S. gramin. β L. Sv.* In pratis humidis et ad ripas fluviorum, passim.

294 —— *graminea. L.* In pratis siccioribus, frequ., nec in maritimis rara.

S. longifolia. Fries. in silvis V. gothiæ obvia, hic desideratur.

295 —— *uliginosa. L.* Ad ripas rivuli Lagklarebäcks bäck, passim.

296 —— *crassifolia. Ehrh.* Littore marino, plerumque in Zostera et Fucis e mare rejectis, Par. Frölunda, Askim, et in insula Grötö, passim. Hisce oris semper ramosissima, prostrata.

297 STELLARIA *media. Withering. -- Alsine media. L.* In cultis et agris, ubique frequens. Var. calyce glabro et piloso.

298 —— *nemorum. L.* In umbrosis humidis ad rivulum Lagklarebacks bäck, frequens. Semina omnium har. specier. granulato-scabra.

299 ARENARIA *trinervia. L.* In lucis et umbrosis, passim. Semina nigra, lævia, nitidissima.

300 —— *serpyllifolia. L.* In arenosis, montosis, frequ. Semina fusca, rugosa, opaca.

301 HALIANTHUS *peploides. Fries. -- Arenar. Peploid. L.* In littore lapidoso insulæ Vinga, frequens.

302 LEPIGONUM *rubrum. Fries. Fl. Hall. Addend. - Arenar. rubra. L.* In arenosis juxta vias, frequens.

Radix parva, subfusiformis vel ramosa, annua. Caules prostrati, ramosi, teretes, glabri. Folia subulata, mucronulata, glaucescentia, longitudine internodiorum vel breviora, glabra. Stipulæ oppositæ amplexicaules, ovatæ, acutæ, laceræ, scariosæ, albæ. Paniculæ dichotomæ, foliosæ, pubescentes. Calycis foliola lanceolata, glanduloso-pubescentia, enervia, immaculata, margine scariosa. Petala calyce breviora, rosea. Capsula ovata, longitudine calycis. Semina convexiuscula, immarginata, subcuneiformia, tuberculato-scabra. Var. interdum magis viscido-pubescens. Floret hora 12, cælo sereno.

— — *β viscidum. (mihi).* In montosis

maritimis, passim. A priori diversum: foliis internodiis multo longioribus; stipulis ovato-lanceolatis, longe acuminatis, longitudine fere internodiorum, et herba tota pubescenti-viscida.

Lepigon. *rubr.* β *glabrum.* (*mihi*). In littore marino lapidoso, frequens. Hoc etiam occurrit in maritimis Oelandiæ, prope Vesterviciam, et in plateis Lincopiæ, Upsaliæ.

Varietas notabilis, *L. rubrum* cum *medio* (*mihi*) conjungens. Tota planta glaberrima, virens in maritimis pallidior. Folia internodiis multo longiora, carnosa, mutica. Stipulæ angulo recto terminatæ. Calycis foliola oblongo-lanceolata, carnosa, puncto fusco ad sinum calycis. Capsula calyce longior.

303 —— *medium* (*mihi*).-*Arenar. media. Wither.* - *Aren. rubr.* β *media. Huds.* - *Aren. rubr.* β *Lin. Sv.* - *Aren. rubr.* β *marit. Lin. Sp. Pl.* - *Aren. marit. Lin. It. Vestr. p.* 148. - *Aren. marina. Smith. Brit.* - *Wahlenb. Lap.* - *Fl. Dan. t.* 740.

Aren. media. Pers. et *A. marina. Roth.* hanc et sequentem speciem comprehendere videntur.

Aren. media. Roth., sine dubio, ut ipse suspicat auctor, cum *Spergula pentandra* synonyma.

In littore marino lapidoso, frequens, nec non in fossis ad viam Hallandicam prope Lilla Lagklarebäck. In maritimis plerumque glabrum, alibi glanduloso-pubescens.

Rami compressiusculi. Folia semicylindrica, mutica, carnosa, viridia, internodiis longiora. Stipulæ angulo subrecto terminatæ. Flores præcedentis dimidio majores. Calycis foliola oblonga, carnosa, puncto fusco ad sinum calycis. Capsula subtrigona, calyce longior. Semina complanata, subrotunda, lævia, ferruginea, centro pellucida, margine lato, scarioso, hyalino, striato, cincta. Cetera cum *L. rubro* conveniunt.

304 —— *marinum* (*mihi*). - *Arenar. marina. Wither.* - *Aren. rubr.* γ *marina. Huds.* - *Aren. media. Lin. Sp. Pl.* (exclusis synonymis) - *Aren. Spergula marina. Morison. sect. 5. t. 23. f. 15.* (figura minus bona).

Synonyma in *Lin. Sp. Pl.* ad *Spergulam pentandram* pertinent.

In littore marino limoso, nec non in ipsa aqua; ex. gr. in insula Domsö, frequens. Crescit quoque in Hallandia et Bahusia boreali, nec mihi nisi ad littora maris occidentalis obvia.

Radix crassa, fusiformis vel ramosa, sine dubio perennis. Caules adscendentes, parum ramosi, compressiusculi, plerumque glabri, pedalem fere altitudinem attingentes. Folia semicylindrica, carnosa, mutica, plerumque glabra, internodiis longiora. Paniculæ parum foliosæ. Pedunculi valde incrassati, post anthesin magis quam priorum refracti, plerumque pubescenti-viscidi. Stipulæ angulo subrecto terminatæ. Flores præcedentium multo majores, *Dianth. del-*

toid parum minores. Calycis foliola oblongo-ovata, carnosa, fructu adpressa, margine late scariosa, plerumque pubescenti-viscida, nervo ante apicem evanescente. Petala vix calyce longiora, dilute rosea, basi albescentia. Capsula maxima, calyce duplo longior, subovali-conica, teretiuscula, nitida. Semina prioris magnitudine et structura, similia. Herba præcedentibus habitu diversissima, multo major, crassior, pallide-virens. Var. simplex erecta.

Witheringium et *Hudsonium* secutus, nomina Linneana *maritima* et *media*, inversa adfixi, quia *Lep. medium* (*mihi*) inter *L. rubrum* et *marinum* (*mihi*) legitimum tenet locum, et hæcce de cetero planta non semper maritimas quærit oras, a quibus *L. marinum* (*mihi.*) nunquam recedere vidi.

Lepigonum ab *Arenaria* differt: "capsula "3-valvi, foliis cylindricis, stipulis membra-"naceis". *Fries. Fl. Hall. Add.* p. 159.

PENTAGYNIA.

305 SPERGULA *arvensis*. *L.* In agris, frequ. Floret Jul. Aug. Var. rarius major, tota glaberrima.

306 —— *pentandra*. *L. Sp. Pl.* In montosis insulæ Styrsö, passim. Floret Majo, Junio.

307 —— *nodosa*. *L.* Ad littora lacus Stensjön etc., passim.

308 —— *subulata*. *L.* Locis humentibus montosis, frequ.

309 Cerastium *vulgatum. Pers.* - *Fries. Nov.* et *Fl. Hall.* - *C. viscosum. Smith*, *Lin. Svec.* In pascuis elatis, ad vias etc., frequens. Radix perennis.

310 —— *ovale. Pers.* - *C. vulgatum. Lin.*, *Smith* - *C. viscosum. Fries.* Solo pingvi subhumido in Lagklarebacks allée etc, passim. Radix annua

311 —— *semidecandrum. L.* In collibus sterilibus minus frequens. *C glutinosum Fries*, in Ostrogothia ad Lincopiam etc. lectum, hic inquirendum.

312 —— *tetrandrum Smith Fl. Brit* Inter gramina brevissima in colle aprico insulæ Domsö, rarius. Florens inventum in initio Jul. 1819 Quum hæcce planta non antea inter Svecanas est descripta, descriptionem cel. *Smithii* afferre, utile censui.

"Radix annua, fibrosa, ramosa. Herba læte "virens, multicaulis, ramosa, hirsuta, subvisci"da. Caules diffusi, foliosi, dichotomi, vix pa"niculati. Folia elliptico-oblonga, summa ova"ta. Pedunculi calyce triplo fere longiores, "erecti demum refracti. Calycis foliola hirsuta, "acuminata, quaterna; quorum duo interiora "angustiora, margine scariosa. Petala quatuor, "calyce breviora, obcordata, alba. Stamina qua"tuor, rarius quinque. Capsula cylindracea, "calyce parum longior; apice octodentata. Se"mina extus scabriuscula". Stamina in speciminibus meis semper quatuor.

313 LYCHNIS *Flos Cuculi. L.* In pratis subhumidis, frequ. Var. fl. alb.
314 —— *Viscaria. L.* In collibus et pratis siccioribus, frequens. Var. fl. alb
315 —— *pratensis. Rafn. - L. dioica β L.* In graminosis insulæ Varö etc., passim.
316 —— *sylvestris. Rafn. - L. dioica α Lin.* In umbrosis subhumidis ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., frequ. Var. fl. alb.
317 AGROSTEMMA *Githago. L.* Inter segetes biennes, passim.
318 SEDUM *Telephium. L* In montosis, frequens.
319 —— *rupestre. L.* In montibus, ubique frequens.
320 —— *album. L.* In montosis insulæ Styrsö, haud infrequ. Squamæ nectariferæ luteæ.
321 —— *annuum. L.* In montosis, haud infrequens.
322 —— *acre. L.* Cum priori, ubique frequens *Sed. 6-angulare* mihi tantum in Svecia superiori obvium fuit.
323 —— *anglicum. Smith.* In insula Styrsö ad latera rupium haud procul a mari, duobus tantum locis, ibique copiose.

Herba glabra, minime acris. Radix annua, ramosa, plerumque horizontalis; fibris perpendicularibus. Caules cæspitosi, pollicares vix palmares, adscendentes, inferne ramosi, teretes, rubicundi. Folia ovata, obtusiuscula, trigona supra plana, subimbricata, sæpius alterna, basi

producta et libera, glaucescentia, rubro-punctata; ramorum florentium adpressa, sterilium patentia. Cymæ terminales, solitariæ, subbifidæ, racemosæ, parum foliosæ; ramis recurvatis. Pedunculi brevissimi, incrassati, erectiusculi, uniflori. Flores *S. acris* vix minores, subsecundi. Calycis foliola ovata, obtusiuscula, uti folia colorata. Corolla marcescens, sub florescentia patens vel reflexa, calyce triplo longior; petalis oblongo-lanceolatis, subacuminatis, albis, carina rosea et plerumque apice roseo-punctatis. Stamina petalis parum breviora, divergentia, 5 alterna paullo ante medium petalis inserta, cetera 5 inter petala proveniunt. Filamenta rosea. Antheræ subrotundo ellipticæ, tetradymæ, atro purpureæ. Pistilla petalis dimidio breviora; germinibus lanceolato-ovatis, acuminatis, roseo-striatis. Squamæ nectariferæ ad basin germinis, obcordatæ, purpureæ. Capsulæ compressiusculæ, membranaceæ, læves, polyspermæ. Semina ovata, acuta, teretia, lævia.

324 Oxalis *Acetosella*. *L.* In nemoribus, frequens.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

325 Lythrum *Salicaria*. *L.* Ad ripas, frequens. Var. caule simplici et ramoso, 4-angulari et 6 angulari; foliis quatern., tern., et oppositis, acutis et obtusiusculis, glabris et pilosis; floribus sparsis et verticillatis; bracteis ternis, oppositis et alternis, 2-ad 8-floris.

DIGYNIA.

326 Agrimonia *Eupatoria*. *L.* In montosis, haud infrequens.

TRIGYNIA.

327 Euphorbia. *Peplus*. *L.* In cultis ad Lagklarebäck etc., passim.

328 —— *Helioscopia*. *L* Cum priori, frequens.

329 —— *palustris*. *L.* In graminosis insul. Domsö, Styrsö, Vinga, Dannemarks Lilja etc., haud infrequens.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

330 Prunus *Padus*. *L.* Ad Gunnebo etc., rarius.

331 —— *Cerasus*. *L.* In montibus Börjesfjäll, prope Lagklarebäck, rarius. Frutices tantum sed fructiferi.

332 —— *spinosa*. *L.* Ad radices montium, frequens.

DIGYNIA.

333 Cratægus *Oxyacantha*. *L.* In dumeto ad lacum Stensjön etc., rarius. Rara circa Gothob., in Svec. super.frequens.

334 —— *monogyna*. *Jacquin*. In dumetis, frequ. Sæpe arbor, præcedens semper frutex mihi visa.

TRIGYNIA.

335 Sorbus *scandiaca Fries.* – *Cratæg. Aria α Lin. Sv.* Ad Lagklarebäck etc., parcius.

336 —— *aucuparia. L.* – In nemoribus, frequens.

PENTAGYNIA.

337 Mespilus *Cotoneaster. L.* In montosis ad Lagklarebäck etc., parcius. Petala vix calyce longiora, alba. Bacca globosa, apice depressiuscula, umbilicata, calyce connivente clausa, farinoso-carnosa, rubra.

— — *β nigra* (*mihi*). In montosis insulæ Domsö, rarius. Frequentius in Näset prope Warberg.

Frutex pedalis vel paullo altior; ramis brevibus, rubicundis. Folia magis quam prioris lanato-tomentosa. Flores majores, petalis calyce duplo longioribus, roseis. Bacca exacte globosa, umbilico aperto, succulenta, dulcis, (ad *M. canad.* similitudine accedens,) parum farinosa, nigra, rore cæsio adspersa, prioris major.

338 Pyrus *communis. L.* In Lagklarebäcks utmark, rara. Var. foliis obtusissimis, suborbiculatis.

339 —— *Malus. L.* In pratis sylvaticis, haud infrequ. Var. spontanea fructu rubro.

POLYGYNIA.

340 Spiræa *Filipendula. L.* In apricis siccis, passim. Varietatem vernalem monstro-

sam legi: caule palmari; petalis pinnatis, albis; staminibus numerosis fertilibus; pistillis in novum florem abeuntibus.

341 Spiræa *Ulmaria. L.* In pratis humidiusculis inter frutices, frequens.

342 Rosa *rubiginosa. Smith.* Juxta viam inter Gothob. et diversorium Lerum, passim.

343 —— *canina. Sv. Bot.* – *R. Afzeliana Fries.* In montosis, dumetis, ubique frequens.

— — *β nitida.* – *R. Svartziana Fries.* Cum priori, passim.

— — *γ venosa. Hartm.* – *R. venosa Svartz.* In montosis maritimis ad Gauled, passim.

344 —— *coriifolia Fries.* – *R. sepium. Svartz.* – *R. crassifolia. Liljbd.* 3 *upl.* In nemoribus, haud infrequens. An *R. collina Jacqu.?*

345 —— *villosa. L. Sv. Append.* – *R. tomentosa. Fries. Fl. Hall.* In pascuis et collibus, frequens. Var. fruct. globos. et ovat., glabr. et hisp.

346 Rubus *fruticosus. Lin. Sv.* – *Sp. Pl.* – *R. fruticos. α vestrogoth. Hartm.* In montosis et ad sæpes, præsertim locis apricis, frequens. Nunquam in Svecia interiori a me lectus, auram maritimam amans, visus.

Frutex tri-quadri-pedalis vel altior. Caules arcuati, erectiusculi apice dependentes, ramosi, angulati, glabri, læves, atro-purpurei, juniores rubro virides; aculeis sparsis, validis, aduncis, conoideis, basi compressis, rubris, junior. rubro-viridibus, apice pallescentibus. Ra-

mi plerumque simplices, breves, alterni, divergentes ad erectos, subflexuosi, pubescentes. Folia plerumque quinata, mediocriter petiolata, subtus præsertim pilosa, raro rugosiuscula, inæqualiter et sæpe duplicato-serrata, supra viridia, nitida, subtus viridi-vel fucescenti-pilosa, obscura; foliolis ovalibus, acuminatis, subsessilibus, lineatis, venis majoribus e costa adunce aculeata oriuntibus paralellis; intermedio majori, latiori, breviter petiolato; infimis minimis, retrospectantibus. Petioli plerumque divergentes interdum erecto-patentes, glabriusculi vel tenue pubescentes; aculeis valde aduncis. Stipulæ oppositæ, erectæ, lineares, acuminatæ, integerrimæ, venosæ, pubescentes. Panicula multiflora, pubescens. Pedunculi, patentes vel patenti divergentes, mediocres; aculeis rarioribus, minus quam in caule aduncis. Bracteæ ad basin pedunculorum, nec non in pedunculis sparsæ, lanceolatæ, acuminatæ, integerrimæ vel dente uno alterove munitæ, venosæ, tomentoso-pubescentes. Calyx plerumque 5-partitus, sub florescentia patens, post anthesin fructu inflexus, utrinque tomentosus; foliolis subrotundo ovatis, longe acuminatis, integerrimis. Corolla calyce duplo longior, rosea raro albicans, interdum plena; petalis obovatis, brevissime ungviculatis, integerrimis, nervosis, rugosis. Stamina longitudine calycis, erecta vel patentia; antheris sub rotundis. Pistilla calyce dimidio breviora, confertissima; germinibus glaberrimis, ovatis, subtrigonis; stylis declinatis germine duplo longioribus. Receptaculum pubescens. Bacca subrotundo ovata, glaberrima, nitidissima, im-

matura viridis, maturescens sangvinea, matura atra, succo sangvineo, dulcissima, svaveolens; acinis confertissimis, subglobosis, inæqualibus, magnitudine seminis Cannabini, 10 - ad - 40. Semina magna, excavato punctata.

Hic certe *R. fruticosus Linnæi.* Descriptio in *Fl. Sv.* optime quadrat, æque ac observatio in *It. Scan* p, 272 & 273: "*Rubus niger* var "af två slag: *maritimus* 409 och *cæsius* 410. "Den förra kallas har *Björnbär*, vaxer mer an "en mans hojd vid gardesgårdarne; den sedna"re deremot ar helt låg, vaxer på åkrarne och "kallas *Kårringtarmar*. Baren på den sednare "hafva en blå dagg öfver sig, men icke så på "den stora. Stjelkarne uti den förra äro något "kantiga, men i den sednare alldeles runda. "Bladen äro i den förra merendels ofvanpå "glänsande, men på den andra gröna, dock ic"ke skinande."

Quod *Linnæus* ipse hoc loco R. fruticos. *maritimum* vocat, meam sententiam, hunc littus marinum sequi, confirmare videtur.

R. fruticosus Smith: foliolis omnibus petiolatis, tomentoso-albis, calyce reflexo &c. diversus, prope Vesterviciam crescit, nec mihi hisce in oris obvius.

347 Rubus *corylifolius. Smith. - Sv. Bot. t. 187 — Rub. maximus, fructu nigro Lin. It Vestgoth. p. 135.* In dumetis, nemoribus, frequens. Hic quoque in Svecia interiori crescit, ex. gr. in Vestrgoth. ad littora lacus Venern &c. In maritimis Ostrogothiæ &c.

Caules sæpe orgyalem longitudinem supe-

rantes, subprostrati, teretiusculi; aculeis confertis, magis subulatis, rectis. Folia præcedentis multo majora, subobscura, rugosa, quare minus lineata apparent; foliolis foliis *Coryli* sæpe omnino similibus, subrotundis vel angustioribus; intermedio interdum maximo, spithamæo. Calyx a prima florescentia reflexus. Petala subrotunda, evidentius ungviculata, sæpe crenata, rugosissima, alba raro in roseum vergentia. Antheræ subrotundo-ellipticæ. Pistilla longitudine staminum calycisve; germinibus pubescentibus; stylis germine triplo longioribus. Bacca pubescens, subobscura, inodora, acida, matura nigro fusca vel nigra, rore cæsio leviter adspersa: acinis minus confertis, globosis, præcedentis majoribus, 2- ad -10, raro numerosioribus. Semina minora. Cetera cum priori conveniunt. Var. quoque corolla plena.

A descriptione *Smithii* in *Fl. Brit.* discrepat: calyce semper reflexo, nec sub florescentia patens maturescente fructu inflexus, quod tamen ipse cel. auctor in *Engl. Bot.* mutavit.

Rub. *coryl. β intermedius (mihi)*. In montosis juxta viam ad pagum Toltorp, passim. Cum prioribus in insula Grötö. A *R. corylifolio* differt: foliis inciso-serratis, tomentoso-pubescentibus, superioribus simplicibus; stipulis lanceolatis; calyce divergente vel parum reflexo; acinis nitidis, glabris, nec rore cæsio aspersis. Habitus vero, odor & sapor baccarum, omnino *R. corylifolii*.

R. corylifol. β littoralis Fries., in Hallan-

dia, Ostrogoth. ad Vesterviciam crescens, hic desideratur.

Plures *Rubi* variationes & species forsan in Svecia vigent, quarum maxime notabiles in *Hartm. Scand. Fl.* sunt memoratæ, sed hic tantum locus describendi, quas alit stirpes Gothoburgica tellus.

Rustici quoque *R. fruticosum* a *corylifolio* distingvunt; fructum prioris ad edulia comparanda legentes, hujus nunquam curant.

348. Rub. *cæsius. L.* In insula Varö, passim.

Caules prostrati, teretes, rore cæsio glauci; aculeis subulatis, rectis, tenuibus. Folia ternata, incisa vel inciso-serrata, subtus pilosa, supra glabriuscula, utrinque opaca; foliolis lateralibus plerumque bilobis. Stipulæ lanceolatæ. Paniculæ pauciforæ. Pedunculi longi vel longissimi, tenues, glanduloso pubescentes, aculeo uno alterove tenuissimo. Calyx sub anthesi patens dein fructum amplectens, virescens, extus glanduloso-pubescens, intus breviter tomentosus; foliolis late lanceolatis vel oblonga ovatis, longissime acuminatis. Petala obovata, alba Stamina longitudine calycis, pistillis duplo longiora Bacca nigra, rore denso cæsio aspersa, glabra; acinis paucis, majusculis composita. Frutex prioribus multo gracilior. Var. flor. numeros in umbellam fere dispositis.

349. —— *idæus. L.* In montosis, frequens.
Var. fructu albo, in hortis cultus.

350 —— *saxatilis L.* Locis lapidocis etiam maritimis, passim.

351. —— *Chamæmorus. L.* In palud. spongiosis ad Gunnebo &c, haud infrequens.

352 FRAGARIA *vesca*. *L.* In pascuis & lucis, ubique frequens.

Folia radicalia ternata, late & profunde serrata, (serraturis subpatentibus, extima proximis longiore vel illarum longitudine,) lineata, venis minus crebris; foliolo intermedio subcuneiforme. Folium caulinum plerumque solitarium, simplex vel ternatum. Pedunculi pilis ante anthesin adpressis, dein patentibus vel erecto-patentibus; bracteis plerumque trifidis. Calyx sub anthesi subreflexus, post anthesin reflexus; foliolis exterioribus oblongo-lanceolatis, acuminatis, ante florescentiam erectis, intus viridibus; interioribus ovatis, longe acuminatis, ante florescentiam corollam amplectentibus, intus basi luteo viridibus. Corolla alba, basi vix flavescens; petalis brevissime ungviculatis, plerumque crenatis, planiusculis, parum undulatis. Stamina longitudine pistillorum; antheris subrotundo ellipticis. Receptaculum deciduum, glabrum, carnosum.

353 —— *collina*. *Willd.* In insula Tornö, Par. Styrsö, passim. Rara in Bahusia & Vest.goth. planta, circa Lincopiam, frequentissima, nec ad Upsaliam infrequens.

Caulis semper fere aphyllus. Folia crebrius sed minus profunde serrata, (serraturis erecto-patentibus, extima proximis multo minori,) lineata, venis crebris; foliolo intermedio subovali. Pedunculi pilis ante anthesin subadpressis, dein divergentibus; bracteis sæpe integerrimis Flores prioris dimidio majores Calycis foliola exteriora lineari-lan-

ceolata, acuta, post anthesin receptaculum sub-amplectentia vel erecta; interiora ovata, acuminata, intus flavo viridia, receptaculum post anthesin amplectentia. Corolla lactea, basi latius flavescens; petalis breve ungviculatis, plerumque integerrimis, concavis, undulatis. Stamina pistillis longiora; antheris ovatis. Receptaculum persistens, minus quam prioris carnosum, dulce, pubescens, pilis longitudine seminum.

Sv. Bot. t. 542 figura mala. Calyx & fructus *collinæ*, folia & flores *vescæ*.

354 POTENTILLA *fruticosa. L.* In colle ad Gunnebo, rara.

355 —— *rupestris. L.* In rupibus siccissimis, haud infrequens.

356 —— *Anserina. L.* Juxta vias &c., frequens

357 —— *argentea. L.* Locis siccis, frequens. Forma & superficies foliorum & stipularum valde variabilis

358 TORMENTILLA *erecta L.* Locis siccis, frequens.

359 COMARUM *palustre. L.* In palud., frequens.

360 GEUM *rivale. L.* In pratis, frequens.

361 —— *hirtum. (mihi).* In insula Dannemarks Lilja, olim Danaholmen, parcius.

Radix fusiformis. Caulis bipedalis, ramosus, hispidus, pilis deflexis. Folia radicalia lyrato-pinnata, hirta, caulina ternata, glabriuscula. Flores erecti. Calyx pubescens, fusco-purpureus. Petala calyce longiora, eleganter flava, venis rubicundis. Semina hispida; ari,

stis vix semine longioribus, rectis, (minime geniculatis) ad medium hispidis, dein glabris, uncinatis.

362 GEUM *urbanum*. *L*. In dumetis, passim.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

363 CHELIDONIUM *majus*. *L*. Ad Råda &c.; rarius.

364 PAPAVER *Rhoeas* *L*. Inter segetes & sata ad Gammelstaden, rarius.

365 —— *somniferum*. *L*. In cultis & ruderatis, frequens. In litore insulæ Björkö, rarius.

366 NYMPHÆA *alba*. *L*. In fossis vallorum Gothoburgi, in amne Mölndalsån &c., haud infrequens.

367 —— *lutea*. *L*. In lacubus & fluviis, frequens.

368 TILIA *europæa*. *L*. In pratis ad Gunnebo, Lagklarebäck, &c., haud infrequens.

PENTAGYNIA.

369 AQUILEGIA *vulgaris*. *L*. In pascuis sylvaticis, ex. gr. in Lagklarebäcks oxhage, rarius. Var. fl. cærul., ros. & alb.

POLYGYNIA.

370, THALICTRUM *flavum*. *L*. In pratis depressis circa templum Askim &c.; passim.

371 ANEMONE *Hepatica.* L. In nemorosis ad Lunnagården &c., passim. Var. fl. cærul., ros. & alb.

372 —— *Pulsatilla.* L. In graminosis elatis horti Lagklarbeckensi &c., parcius.

373 —— *nemorosa.* L. In lucis, frequentiss.

374 FICARIA *ranunculoides* De Cand. - Pers. = *Ranunculus Ficaria.* L. In nemoribus, frequentissima

375 RANUNCULUS *Lingua.* L. In palude ad Stora Enggården, *Lindenström.*

376 —— *Flammula.* L. In pascuis & pratis uliginosis, ubique Magnitudo et forma foliorum, secundum locum natalem, valde variant; ovalia ad linearia, integerrima vel dentata.

— — *β reptans* - *R. reptans.* L. In ripis arenosis, ex. gr. lacus Stensjön, passim.

377 —— *sceleratus.* L. In littore marino ad Ganled etc., haud frequens. Var. pumilus, uniflorus, foliis 5-fidis, primo adspectu *R. pygmæo* similis.

378 —— *auricomus.* L. In pratis, minus frequens.

379 —— *acris.* L. In pratis, frequentiss.

380 —— *polyanthemos.* L Locis siccis, frequens.

381 —— *bulbosus.* L. In pratis et pascuis elatis, minus frequens.

382 —— *repens.* L. In arvis, cultis, locis humidis, frequens.

383 —— *aquatilis.* L. In aqua, passim.

— — *β capillaceus.*-*R. capillaceus* Hoffm.

In aquis profundioribus, passim.

RANUNC. *aquat.* γ *fluviatilis.* - *R. fluviatilis. Willd.*

In fluvio Götha elf., stora Säveån etc., frequens.

384 MYOSURUS *minimus.* *L.* Locis siccis, passim.

385 TROLLIUS *europaeus.* *L.* In prato nemoroso ad templum Kollered, etc., rarius.

386 CALTHA *palustris.* *L.* In humidis, ubique frequens.

387 CALLA *palustris.* *L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium.* Raro sylvaticis regionibus excedit.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

388 AJUGA *pyramidalis.* *L.* In pascuis, passim.

389 NEPETA *Cataria.* *L.* In cultis et ruderatis, ex. gr ad Råda, rarius

390 MENTHA *sativa.* *L. Sp. Pl.* Ad ripas amnis Molndalsån prope Lagklarebäck, passim. Caulis tripedalis.

391 —— *arvensis.* *L.* In arvis et pratis humidis, frequ. Var. stamin. exsertis et inclusis.

392 GLECHOMA *hederacea.* *L.* Ad sæpes et margines agrorum, frequens.

393 LAMIUM *album.* *L.* In cultis et ruderatis, frequens

394 —— *purpureum.* *L.* Cum priori, ubique frequens.

395 Lam. *moluccellæfolium. Fries. Nov.* In agris ad pagum Eklanda, passim. *L incisum. Fries* hic sine dubio occurrit.

396 —— *amplexicaule. L.* In cultis et ruderatis, frequens.

397 Galeopsis *Ladanum. L.* Inter segetes annuas ad Tunnagården etc., parcius.

398 —— *Tetrahit. L.* In agris et cultis, ubique frequens.

399 —— *cannabina. Willd.* - *G versicolor. Curtis.* Inter segetes, haud infrequens.

400 Stachys *sylvatica. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., passim.

401 —— *palustris. L.* In agris humidis et ad ripas, frequens.

402 Marrubium *vulgare. L.* Ad pagum Mölndal, rarius.

403 Leonurus *Cardiaca. L* Cum priori, rarius.

404 Clinopodium *vulgare. L* In montosis præsertim inter frutices ad Lagklarebäck etc., passim.

405 Origanum *vulgare. L.* In montosis ad Lagklarebäck, etc., passim.

406 Thymus *Serpyllum. L.* - *T. angustifolius. Hartm. Scand. Fl* In arenosis sterilibus ad Stensjön etc., haud frequens. Var. fl. alb.

407 Prunella *vulgaris. L.* In pascuis et pratis, ubique frequens. Var. fl. alb.

408 Scutellaria *galericulata. L.* Ad ripas, passim.

ANGIOSPERMIA.

409 Euphrasia *officinalis. L.* In pratis et pascuis, frequens.

— — *β stricta. (mihi).* In montosis frequens.

Caulis spithamæus, simplex vel ramosus, strictissimus; ramis erectis. Folia parva, flore breviora. Flores subgemini, præcedentis duplo minores; corollis roseis, purpureo-lineatis, palato flavo. An *E. officin. γ gracilis Fries. Fl. Hall.?*

— — *γ curta. - δ curta Fries Fl. Hall.* In graminosis maritimis insulæ Domsö, passim.

410 Bartschia *Odontites. Huds. - Euphras. Odont. L.* In arvis, parcius.

— — *β simplex. - Odontium rubrum β simplex. Hartm.* In littore marino ad Ganled, passim.

411 Rhinanthus *Crista galli. L. α. - R. major. Ehrh.* In pratis subhumidis, frequens.

— — *β minor. - R. minor. Ehrh.* In pascuis et pratis siccioribus, passim.

412 Melampyrum *cristatum. L.* Inter *Corylos* ad templum Kollered, passim. Var. fl. flavescentibus.

413 —— *pratense. L.* In nemoribus, ubique. Var. fl. roseis.

414 —— *sylvaticum. L.* Cum priori, passim.

415 Pedicularis *palustris. L.* In pratis humidis, frequ. Var. fl. alb.

416 PEDICUL. *sylvatica*. *L.* In paludosis ad Lagklarebäck, etc., haud infrequens. Var. fl. alb.

417 ANTIRRHINUM *Linaria*. *L.* In montosis, frequens.

418 ORONTIUM *arvense*. *Pers.* – *Antirrhin. Oront.* *L.* In cultis ad Lagklarebäck etc., parcius.

419 SCROPHULARIA *nodosa*. *L.* In nemoribus, dumetis, passim.

420 LIMOSELLA *aquatica*. *L.* Ad ripas, parcius.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSÆ.

421 SUBULARIA *aquatica*. *L.* In fluviis et lacubus, parcius.

422 DRABA *verna*. *L.* In collibus apricis, passim. Folia ante florescentiam basi plerumque macula fusca, mox evanescente, notata. Var. foliis lineari-lanceolatis, integerrimis.

423 THLASPI *arvense*. *L.* Inter segetes, frequens.

424 —— *Bursa pastoris*. *L.* In cultis, ruderatis, frequens.

425 LEPIDIUM *ruderale*. *L.* In ruderatis Gothob., parcius.

426 IBERIS *nudicaulis*. *L.* In montosis, haud infrequens.

427 CAMELINA *sativa*. *Pers.* – *Myagrum sativ.* *L.* Inter *Linum*, frequens.

428 COCHLEARIA *Armoracia*. *L.* Ad ripas amnis Molndalsån, etc., parcius.

429 Cochlearia *danica*. *L.* In littore arenoso insulæ Styrsö, rara.
430 —— *officinalis*. *L.* In fissuris rupium maritimarum, frequens.
431 Crambe *maritima*. *L.* In littore glareoso insul. Vinga, Domsö, minus frequens.
432 Cakile *maritima*. *Willd.* - *Bunias Cakile*. *L.* In littore marino, præsertim in Fucis e mare rejectis, haud infrequens; ex. gr. in insulis Vinga, Domsö, etc.

SILIQUOSÆ.

433 Raphanus *Raphanistrum*. *L.* Inter segetes annuas, frequens.
434 Brassica *campestris*. *L.* In hortis et agris, passim.
435 Sinapis *arvensis*. *L.* Inter segetes annuas, frequentissime.

S. nigra, in maritimis Blekingiæ, Hallandiæ et Bahus. boreal. crescens, circa Gothob. nondum visa. *S. alba* variis locis fere spontanea occurrit.

436 Erysimum *Alliaria*. *L.* In cultis ad Gunnebo, parcius, in insula Grötö, passim.
437 —— *officinale*. *L.* In ruderatis etc., frequens.
438 —— *Barbaræa*. *L.* Ad ripas amnis Mölndals-ån prope Liseberg, *Mag. Rönnow*.
439 —— *cheirantoides*. *L.* In cultis, frequens.
440 —— *hieracifolium*. *L.* Duplex varietas; altera: caule ramoso, patulo, foliis ob-

longis vel ovalibus, *E. hieracif. α ramosum. Hartm.*: altera caule simplici, stricto, foliis lanceolatis, *E. hieracif. β simplex. Hartm.* Simul crescunt in arce Bahusiensi, β quoque in insula Fillskär, etc.

441 TURRITIS *glabra. L.* In collibus apricis ad Lagklarebäck etc., haud frequens.

442 ARABIS *Thaliana. L.* Locis glareosis, passim. In insulis Varö, Tornö. Caul. pollicar. ad pedal., simplex vel ramosissimus.

443 CARDAMINE *hirsuta. L.* In insul. Varö et Tornö, minus frequens. Habitat quoque in insula Barrlind, Par. Tanum, Bahus. boreal.

444 —— *amara. L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck, haud frequens.

445 —— *pratensis. L.* In pratis humidis, frequens.

446 SISYMBRIUM *Sophia. L.* In ruderatis etc., frequens.

447 —— *palustre. Roth. - S. terrestre. Smith.* In fossis frequens, nec non in littore marino.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

448 GERANIUM *sangvineum. L.* In montosis, ubique frequens Calycis foliola levissime pubescentia, dorso setosa. Arilli basi lana cincti, apice at dorso longitudinaliter setosi, ceterum glabriusculi.

Var. pedunculis bifloris. Floris loco interdum profert capitulum, foliis numerosis linearibus compositum.

449 GERAN. *pratense. L.* In pratis juxta fluvium Götha elf versus Kongelf, parcius. Ad Castellgården, passim. In maritimis Bahus. boreal. ad arcem Hornborg. Calyx in maritimis præsertim viscido-pilosus. Arilli pilosi, in maritimis glabri, dorso pilosi.

450 —— *palustre. L. Sp. Pl.* Locis humidiusculis prope montem in prato Bruängen ad Lunnagården, haud infrequens, *Mag. Holmberger.* Calyx glaber, venis leviter pubescens. Arilli remote pubescentes.

451 —— *sylvaticum. L.* In pratis nemorosis ad Lagklarebäck etc., parcius. Calyx et arilli pilosi. Var. fl. violac., ros. et alb.

In *G. bohemico*, calyx viscido-pilosus. Arilli nigri, longe nigro-pilosi.

452 —— *dissectum. L.* In agris ad Lunnagården, rarius. In cultis ad Lagklarebäck, passim. Calyx pilosus. Arilli subglobosi, pilosi. Semina subrotundo-elliptica, profunde reticulato-punctata.

In *G. columbino*, calyx glaber. Arilli læves, glabri. Semina subglobosa, reticulato-punctata.

Calyx in hisce omnibus aristatus. Semina fusca, specierum ante *dissectum*, ovali-elliptica, punctata.

453 —— *molle. L.* In insula Domsö, lo-

cis graminosis, parcius. Calyx, ut tota herba villosus, acutus. Arilli transverse-corrugati, glabriusculi. Semina subrotundo-elliptica, fusca.

454 Geranium *pusillum. L. Sp. Pl.* – *G. rotundifol. L. Fl. Sv.* Locis ruderatis, rarius. In arce Bahusiensi, frequens. Calyx pilosus, acutus. Arilli læves, pubescentes. Semina oblongo-elliptica. Semina *G. pyrenaici* hujus similia.

455 —— *lucidum. L.* In insula Fillskär, frequens. Calyx glaber, acuminatus, transverse-corrugatus. Arilli glabri, apice pilosi, transverse-corrugati. Semina ovali-elliptica.

456 —— *robertianum. L.* In rupibus umbrosis, nec non in maritimis, haud infrequens. Calyx aristatus, pilosus. Arilli glabri, reticulato-corrugati. Semina omnino prioris.

457 —— *cicutarium. L.* In cultis, frequens. Calyx acuminatus, pilosus. Arilli hispidi. Semina lanceolato-ovata.

Calyx in specieb. post *dissectum*, *robertiano* excepto, muticus. Semina lævia, quatuor posterior. fulvo-castanea. Odor trium posterior. foetidus.

POLYANDRIA

458 Malva *borealis. Liljbd. Fl. 3 upl.* Arilli transverse-rugosi, elevato-marginati, umbilico angusto. Petala calyce dimidio longiora.

459 Malva *rotundifolia. Liljbd. Fl. 3 upl.* Habitat cum priori in ruderatis Gothoburgi, neutra tamen frequens. Arilli læves, minime elevato-marginati, umbilico latiori. Petala calyce triplo longiora. *M. rotundifol. L. Sv.* utramque speciem comprehendit.

M. verticillata et *crispa* in cultis ad Lagklarebäck etc., sponte disseminantes inveniuntur.

460 —— *sylvestris. L.* Ad viam inter Masthugget et Klippan, rarius. In arce Bahusiensi, frequens.

461 —— *moschata. L.* In graminosis hortorum ad Lagklarebäck etc., passim. In insula Lögholmen, Par. Tanum, frequ. Semper mihi spontanea occurrit: flore roseo, foliis 5-partitis, laciniis linearibus, pinnatis.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

462 Fumaria *officinalis. L.* In cultis, frequ. *F. parvifloram* tenuitate, colore glauco, florum et capsularum forma etc. diversam, nunquam nisi circa Upsaliam inveni.

463 Corydalis *fabacea. Willd.* — *Fumar. bulbosa β L.* Prope officinam ferrariam ad Liseberg, *Mag. Rönnow.* Ad Lunnagården, *Mag. Holmberger.*

OCTANDRIA.

464 POLYGALA *vulgaris*. *L.* In pascuis et pratis siccioribus, frequens. Var. fl. cærul., ros. et alb.

DECANDRIA.

465 SPARTIUM *scoparium*. *L.* In colle nemoroso ad Gunnebo. Ad Krogslätt inter Gothob. et diversorium Kärra. Inter Gothob. et Elfsborg, passim. Habitat quoque ad Gåsevad prope Kungsbacka.

466 ONONIS *hircina*. *Jacquin*. — *O. arvensis*. *Retz*. Ad vias, præsertim versus fines Hallandiæ, frequ. Var. fl. alb.

467 ANTHYLLIS *Vulneraria*. *L.* In collibus apricis, montosis, frequ.

468 OROBUS *tuberosus*. *L.* In pascuis, dumetis etc., frequens.

469 LATHYRUS *pratensis*. *L.* In pratis, haud infrequens.

— — *β tomentosus* (mihi). In insul. Vinga etc., passim. Caulis, folia, calyces, legumina pubescenti-tomentosa; pedunculi vix plus quam triflori.

470 — — *sylvestris*. *L.* Inter frutices in insula Varö, passim.

471 — — *latifolius*. *L.* In frutetis insulæ Vinga, passim. *L. sylvestris*, *heterophyllus* et *latifolius*, species nimis affines.

472 PISUM *maritimum*. *L.* In littore glareoso insulæ Dannemarks Lilja, haud infrequ. In insula Skutholmen Par. Tanum, varietatem tomentoso pubescentem legi.

473 Vicia *sylvatica*. L. In dumetis insulæ Varö, rara.

474. —— *cassubica*. L. Locis montosis in Lagklarebäcks oxhage, passim.

475. —— *Cracca*. L. In pratis inter frutices, frequens. Var. fl. alb.

476 —— *sepium*. L. In dumetis, pratis etc., frequens. Var. fl. alb.

477 —— *sativa*. L. In agris, frequens. Var. fl. incarn. Legumina erecta, compressa, ensiformia, pubescentia, fusca; seminibus compressis.

478 —— *angustifolia*. Roth. In agris ad templum Kollered, passim. Var. fl. alb. Legumina patentia demum horizontalia, angusta, teretiuscula, glabra, nigra; seminibus globosis.

479 Ervum *tetraspermum*. L. In agris, minus frequens.

— — *β tenuifolium*. Fries. Nov. In montosis, maritimis, passim.

480 —— *hirsutum*. L. In agris, frequentius.

— — *β angustifolium*. Fries. Nov. In littore marino, passim.

481 Trifolium *fragiferum*. L. In insula Domsö, passim.

482 —— *repens*. L. Ubique frequens.

483 —— *hybridum*. L. In prato Lerflatan ad Lagklarebäck etc., passim.

484 —— *pratense*. L. In pratis, frequens.

— — *β villosum* (*mihi*). In graminosis insulæ Domsö, parcius. Tota herba sericeo-villosa. Foliola lanceolata. Stipulæ ovato-lanceolatæ, aristatæ.

485 Trifol. *medium. L. Sp. Pl.* - *T. flexuosum Jacqu.* In montosis et pratis elatis, frequens.

486 —— *arvense. L.* In montosis, collibus apricis, passim.

487 —— *procumbens. L.* - *T. campestre β. Fries. Hall.* Juxta vias etc., frequens. Var. nanum; *T. campestre δ Fries. Hall.*

— —*β campestre.* - *T. campestre α. Fries. Hall.* Var. gracilis, simplex; *T. campestre γ Fries. Hall.* In insula Styrsö, passim.

488 —— *minus. Relhan. Fl. Cantabridg.* - *Smith. Brit.* In graminosis insulæ Domsö, passim.

— — *β filiforme.* - *T. filiforme. L. Sv.* Locis elatis in Lagklarebäcks Mellangärde, passim.

489 Melilotus *vulgaris. Willd.* Ad viam inter Masthugget et Klippan, rarius.

490 Lotus *corniculata. L.* In pratis apricis, ubique frequ.

— — *β carnosa (mihi).* In insula Dannemarks Lilja etc., passim. Caulis pedalis vel bipedalis, erectus, ramosissimus; ramis patentibus, pubescentibus. Folia carnosa, glabra. Siccata pallescit.

L. depressus, (Willd. Hort. Berol. Supl. p. 52.) Sveciæ incola, in Kungshall ad Carlscronam 1816 lectus.

491 Medicago *falcata. L.* Ad Lagklarebäck, parcius.

592 —— *lupulina. L.* In cultis, ad vias etc., haud infrequ.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

493 Hypericum *perforatum. L.* In montosis, frequens.

494 —— *quadrangulum. L. - H. dubium. Recentior.* In pratis sylvaticis, frequens. Var. caule pedali, unifloro.

495 —— *montanum. L.* In monte Börjesfjäll prope Lagklarebäck, rarius. In montosis juxta viam inter diversorium Kärra et templum Kollered, passim.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

496 Tragopogon *pratense. L.* In graminosis horti ad Råda, etc., passim. Var. calyce corollar. ligulas superante.

497 Scorzonera *humilis. L.* In pratis depressis sylvaticis, frequ. Var. caule 4-floro, et foliis linearibus.

498 Leontodon *Taraxacum. L.* In pascuis, cultis etc., frequentissime.

499 Sonchus *arvensis. L.* Inter segetes et in littore marino, frequ.

500 —— *oleraceus. L.* In cultis, frequ.

501 Prenanthes *muralis. L.* In umbrosis ad rupes Gunneboenses, passim.

502 Crepis *tectorum. L.* In ruderatis etc.; frequens. Var. inter segetes: pumila, caule filiformi, unifloro, foliis lineari-lanceolatis, uninervibus, glabris, integerrimis.

503 HYPOCHÆRIS *maculata*, *L.* In montosis, frequens. Folia sæpe immaculata.

504 APARGIA *hispida*. *L.* In pratis versus diversorium Lerum, rarius.

505 —— *autumnalis*. *Willd.* - *Leontodon autumnale*. *L.* In pratis et pascuis, frequentissime.

506 HIERACIUM *Pilosella*. *L.* In pascuis sterilibus, frequens.

507 —— *Auricula*, *L.* In pratis et pascuis, passim. Var. scapo unifloro.

508 —— *paludosum*. *L.* In umbrosis ad rivulum Lagklarebäcks bäck etc., frequens.

509 —— *murorum*. *L. Sv.* In dumetis, lucis, non infrequ.

— — *β sylvaticum*. - *H. sylvaticum*. *Fl. Dan.* - *H. maculatum*. *Smith.* - *H. vulgatum*. *Fries.* In dumetis, pratis siccioribus, frequens. Var. fol. maculatis; *H. muror.* *γ myophorum*. *L. Sv.*

510 —— *rigidum*. *Hartm.* - *H. vulgat.* *δ tridentatum*, *Fries.* *Nov.* In montosis etc., haud infrequens. Folia crassa, plerumque glaucescentia, Var. fol. caulin. subpetiolat. Floret Julio,

511 —— *umbellatum*. *L.* In montosis et pratis siccis, frequ. Flores subumbellati vel paniculati. Herba scabra vel glabra. Floret Aug., Sept., quum congeneres defloruerunt.

— — *β lineare*. *Hartm.* Cum priori. Var. in maritimis glaberrimum, caule unifloro, foliis exacte linearibus, integerrimis. Hujus variatio notabilis in pratis fertili-

bus ad Upsaliam, Lincopiam crescit. Caulis simpliciss, strictiss., pedalis vel altior, a basi fere floriferus. Folia linearia dente uno alterove munita. Calyces flor. terminal. multiflori, axillarium uni-bi-vel tri-flori. Floret initio Julii.

512 LAPSANA *communis. L.* In cultis et agris, ubique frequens.

513 ARCTIUM *Lappa. L.* Ad vias, pagos etc., frequens.

514 —— *Bardana. Willd.* Cum priori, frequ.

515 SERRATULA *tinctoria. L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium.*

516 —— *arvensis. L.* In agris, ubique frequens. Var. pallide-virens, corollis albis

517 CARDUUS *crispus. L.* In agris et hortis, frequens.

518 —— *palustris. L.* In pratis humidiusculis, frequens. Var. fl. alb.

519 —— *lanceolatus. L.* Ad vias etc., ubique frequens. Var. fl. alb.

520 CARLINA *vulgaris. L.* In montosis, passim.

521 BIDENS *tripartita. L.* In fossis, frequens.

— — β *pumila. Roth.* Solo fluctuante in littore lacus Stensjön, cum *Drosera intermed. Hayn.*, parcius. Var. foliis ovatis, integerrimis. Herba vix uncialis.

522 —— *cernua. L.* Locis uliginosis in Gammelstads holme.

— — β *radiata. Roth.* etc. - *Coreopsis Bidens. L.* Cum priori, locis paludosis, passim.

523 Eupatorium *cannabinum.* *L.* In insula Vinga, passim.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

524 Tanacetum *vulgare.* *L.* Ad stora Engården, *Lindenström*, et ni fallor in insulis Par. Styrsö, rarius.

525 Artemisia *maritima* γ *suffruticosa.* *Hartm.* In insula Vinga, parcius.

526 —— *Absinthium.* *L.* In maritimis, passim.

527 —— *vulgaris.* *L.* In cultis et ruderatis, frequens.

— — β *ecorticata.* *Afzel.* In littore glareoso insulæ Dannemarks Lilja, passim. Folia laciniis latioribus, quam in speciminibus Smolandicis.

528 Gnaphalium *dioicum.* *L.* In montosis, pascuis aridis, ubique frequens.

529 —— *sylvaticum.* *L.* - *Gnaphal. rectum.* *Smith.* In dumetis et pascuis, haud infrequens.

530 —— *uliginosum.* *L.* In uliginosis arenosis, ad vias, in cultis etc., frequens.

531 —— *minimum.* *Smith.* - *Filago min.* *Pers.* In arenosis ad pagum Molndal, passim.

532 Erigeron *acre.* *L.* In pascuis glareosis, haud infrequ.

533 Tussilago *Farfara.* *L.* Locis argillaceis ad Gammelstaden etc., passim.

534 Senecio *vulgaris.* *L.* In cultis, ubique frequentissime.

535 —— *sylvaticus.* *L.* In fissuris rupium maritim., haud infrequens. Caulis hoc cæ-

lo plerumque digitalis, simplex, sæpe uniflorus.

536 Senec. *viscosus.* *L.* In ruderatis Gothoburgi, passim.

537 —— *aquaticus.* *Smith.* Ad ripas fluviorum, nec non in ipsa aqua; ad vias etc. Circa Gothoburgum copiosissimus, nec alibi mihi visus. Species a *S. Jacobæa*, foliorum forma, floribus dimidio majoribus, dilutioribus seminibusque glabris, distincta. *S. Jacobæam* tantum in Bahus. boreal. observavi.

538 Aster *Tripolium.* *L.* In fissuris rupium, nec non in littore marino, ubique frequ. Var. fl. alb.

539 Solidago *Virgaurea.* *L.* In dumetis, collibus, frequ.

540 Arnica *montana.* *L.* In sylvaticis depressis, frequens.

541 Bellis *perennis.* *L.* Ad Gunnebo, juxta viam, rarius.

542 Chrysanthemum *segetum.* *L.* Inter segetes annuas, frequ. Var. pumila, caule unifloro, foliis integerrimis.

543 —— *Leucanthemum.* *L.* In pratis, ubique frequens.

544 Pyrethrum *inodorum.* *Smith.* - *Matricar. inodora.* *L.* Ad vias, agros, domos, frequens.

545 —— *maritimum.* *Smith.* - *Matr. inodor.* β *L. Sv.* In maritimis petrosis, ubique frequens. Species descriptione *Smithii* distincta.

546 Matricaria *Chamomilla.* *L.* In agris, ad

vias etc., frequ. Var. pumila caule unifloro.

547 Anthemis *Cotula. L.* Ad pagum Åkered; Par. Frölunda, passim.

548 —— *arvensis. L* In agris et ad vias; haud frequ.

549 —— *tinctoria. L.* Hanc vix nisi in arce Bahusiensi observavi.

550 Achillea *Ptarmica. L.* In nemorosis et ad ripas fluviorum, frequens.

551 —— *Millefolium. L.* In pratis siccioribus etc., ubique frequ. Var. fl. ros.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

552 Centaurea *Cyanus. L.* Inter segetes biennes, frequens. Var. flor. cyan., purpur. et alb.

553 —— *Jacea. L.* In pratis apricis, frequ. Var. fl. alb.

554 —— *Scabiosa. L.* Ad viam inter templum Kollered et diversorium Kärra etc., haud frequens. Var. fl. alb.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

555 Orchis *bifolia. L.* In pratis et collibus, frequens.

556 —— *maculata. L.* Cum priori, frequens. Var. fl. alb.

Varietatem in Oelandia legi: caule bipedali, gracili; foliis immaculatis; spica longiori;

floribus duplo minoribus; labio tripartito, laciniis lanceolatis, acutis.

557 ORCHIS *latifolia. L.* Habitat ad Gothob. secundum *Bromelium.*

558 MALAXIS *paludosa. Svartz. - Ophrys palud. L.* In palude Lagklarebäcks måsse, locis denudatis, parcius.

559 EPIPACTIS *palustris. Svartz. - Serapias longifol. L.* In prato Bruängen ad Lunnagården, *Mag. Holmberger.*

MONOECIA.

MONANDRIA.

560 CHARA *flexilis. L.* In amni stora Säveån ad Gammelstaden, passim.

TRIANDRIA.

561 TYPHA *latifolia. L.* In stagnis montosis insulæ Vinga, rarius.

562 —— *angustifolia. L.* Cum priori, passim.

563 SPARGANIUM *ramosum. Willd. - S. erectum. L. Sv.* In fluvio Götha elf; in rivo inter Lunnagården et Fässberg, passim.

564 —— *simplex. Willd. - S. erectum β L. Sv.* In aquis et paludosis, frequens.

565 —— *natans. L.* In lacu Stensjön, passim.

566 CAREX *dioica. L.* In pratis uliginosis ad lacum Stensjön etc., passim.

567 —— *pulicaris. L.* In palude Lagklarebäcks måsse, parcius.

568 CAREX *levcoglochin. L. Supl.* - *C. pauciflora. Willd.* Cum priori locis spongiosis, passim.
569 —— *muricata. L.* In pratis et collibus nemorosis, frequens.
570 —— *vulpina. L.* Ad aquas, ex. gr. ad rivum inter Lunnagården et Fässberg etc., passim.
571 —— *intermedia. Goodenough.* In pratis humidis, passim. Præcedenti gracilior.
572 —— *arenaria. L.* In arenosis insulæ Vrångö; in littore marino Par. Frölunda et Askim etc., haud infrequens. Radix quatuor vel quinque orgyas longa, horizontaliter per arenam volatilem serpens.
573 —— *leporina. L.* - *C. ovalis. Good.* In pascuis et pratis siccioribus, præsertim ad vias, frequens. Spiculæ plerumque 5, in spicam obliquam compositæ.
574 —— *elongata. L.* In palude Gunnebo måsse, parcius.
575 —— *canescens. L.* Cum priori, passim.
576 —— *stellulata. Schreber.* In pascuis uliginosis et littoribus lacuum, frequens.
577 —— *flava. L.* In pratis humidis, passim.
— — *β Oederi. Wahlenb. Ups.* - *C. Oederi. Ehrh.* In pascuis et pratis uliginosis, frequens; in maritimis, passim.
578 —— *distans. Willd., Schkuhr.* - *C. binervis. Smith.* In graminosis insulæ Varö, passim. Gramen pallidum. Culmus ma-

turescente fructu pedalis interdum bipedalis, spicis femin. remotissimis, infima ad basin culmi adnata.

579 CAREX *binervis. Willd.? Schkuhr?* - *C. distans. Smith.* In pratis humidis, minus frequens. Gramen saturatius viride. Spicæ femineæ omnes superiori parti culmi adnatæ ideoque minus distantes, fuscæ.

580 —— *pilulifera. L. Sp.* In montosis, frequens. Culmus adscendens.

C. montana, præcox et *ericetorum* hic sine dubio crescunt, nec mihi obviæ, ideoque omissæ.

581 —— *pallescens. L.* In pratis nemorosis, frequens.

582 —— *panicea. L.* In pascuis uliginosis, frequens. Var. spicis albescentibus.

583 —— *hirta. L.* Locis humidiusculis ad Gammelstaden etc., passim.

584 —— *vesicaria. L.* In paludosis et ad ripas fluviorum, passim.

585 —— *ampullacea. Good.* - *C. vesicar.* β *(sylvatica). L Sv.* Cum priori, frequ.

586 —— *riparia. Good.* - *Schkuhr.* - *C. crassa. Ehrh.* Locis glareosis siccis in superiori parte insulæ Dannemarks Lilja, passim.

587 —— *acuta. L.* Ad ripas fluviorum, passim.

588 —— *stricta. Good.* - *Schkuhr.* Cum priori, parcius.

589 —— *cæspitosa. L.* Locis humidis cæspitosis, frequens. Var. spicis albescentibus.

TETRANDRIA.

590 LITTORELLA *lacustris. Lin. Mant.* – *Plantago uniflora. L. Sv.* Ad littora lacuum Långvattnet et Rådasjön, non infrequ.

591 URTICA *urens. L.* In cultis, ubique frequ.

592 —— *dioica. L.* In hortis, ruderatis, nemoribus, ubique frequens.

593 ALNUS *glutinosa. Willd.* - *Betula Alnus α glutinosa. L. Sv.* Ad aquas, frequens.

POLYANDRIA.

594 BETULA *alba. L.* Ad Gunnebo etc., passim.

595 —— *nana. L.* In Lagklarebäcks måsse, rara.

596 CORYLUS *Avellana. L.* Frequens. Hisce regionibus sæpe arborea, in Svecia superiori frutescens.

597 FAGUS *sylvatica. L.* Ad Enggården. Versus Lerum etc., rara.

598 QUERCUS *Robur. L., Smith., Sv. Bot.* - *Q. pedunculata. Willd.* Frequens. Hæc per totam Sveciam, boreali excepta, crescit.

Folia obovato-oblonga, irregulariter sinuata, sinubus acutioribus, subsessilia vel petiolis brevissimis, crassiusculis. Pedunculi fructiferi pollicares, glabri, subtriflori, floribus sessilibus. Fructus oblongo-vel ovali-ellipticus.

599 —— *sessiliflora. Smith.* - *Q. Robur β. L. Sv.* Ad Lagklarebäck, Gunnebo, Gammelstaden, haud frequ., nec in Svec. superior. mihi visa.

Arbor præcedenti minor. Folia oblonga, obscurius viridia, magis regulariter minusque profunde sinuata, ut fere grosse dentata dicerentur, sinubus obtusioribus. Petioli breves, præcedentis tamen ad minimum quadruplo longiores, tenues. Fructus solitarii vel bini, raro terni, uno tantum fertili, subrotundo-elliptici, ad basin petiolorum sessiles vel pedunculo brevissimo, pubescente.

Quercus Robur et *sessiliflora* in *Liljbd. Fl. 3 upl.* omnino confusæ. Figura 73 *Sv. Bot.* ad priorem pertinet, nec ad *Q. Roborem Liljbd.*, quæ, licet *pedunculatæ* immixta, ad *Q. sessilifloram Smith.* pertinere videtur.

600 Myriophyllum *spicatum β tenellum. Hartm. Scand. Fl.* In lacubus et fluviis, passim.

601 —— *verticillatum. L.* In fossis peninsulæ Gammelstads holme, etc., parcius.

602 Ceratophyllum *demersum. L.* Cum priori, rarius.

603 Sagittaria *sagittifolia. L.* Cum prioribus, passim. Habitat quoque in fluvio Götha elf.

MONADELPHIA.

604 Pinus *sylvestris. L.* In Råberget, Par. Råda, aliisque ejusdem regionis locis, passim.

605 —— *Abies. L.* Cum priori, parcius.

DIOECIA.

DIANDRIA.

606 Salix *fragilis. L.* Mas ad vias et ripas

fluviorum, passim. Arbores plures femineas ad viam inter Gothob. et Gammelstaden, et unicam ad diversorium Åsa inter Kungsbacka et Varberg observavi, nec alibi mihi occurrit.

Amenta feminea masculis longiora, linearia; capsulis parvis, ovatis, longe acuminatis, glabriusculis, brevissime pedunculatis.

607 SALIX *pentandra*. *L.* In pratis paludosis sylvaticis, rara. Prope viam ad Haga, *Mag. Rånnow.*

608 —— *fusca. L.* In pascuis uliginosis, frequens. Folia primum supra pilosa, subtus sericeo-pubescentia, dein omnino glabra.

— — *β repens. Wahlenb. Ups.* - *S. repens. L. Sv.* Cum priori, frequens.

609 —— *cinerea. L.* - *S. acuminata. Willd.* In pratis humidis sylvaticis, frequens.

610 —— *capræa. L.* In pratis siccioribus, frequens.

In prato Tinnerängen prope Lincopiam androgyna crescit arbor, quinque per annos sibi similis. Amenta inferius feminea, superius mascula. Stamina et pistilla fertilia. A *S. androgyna Roth.* omnino diversa.

611 —— *viminalis. L.* Ad ripas amnis stora Säveån et in pratis humidiusculis ad Lagklarebäck, parcius.

TRIANDRIA.

612. EMPETRUM *nigrum. L.* In Ericetis sterilissimis, ubique frequ.

PENTANDRIA.

613 HUMULUS *Lupulus. L.* Inter *Alnos* ad rivulum Lagklarebäcks bäck, passim.

OCTANDRIA.

614 MYRICA *Gale. L.* In paludibus cæspitosis, frequens.

615 POPULUS *tremula. L.* Frequens.

616 —— *alba. L.* Circa Partele copiose, priscis temporibus culta. *Bromel. Chlor. Goth. p. 89.*

ENNEANDRIA.

617 MERCURIALIS *perennis. L.* In nemoribus circa lacum Stensjön; ad Gunnebo; versus Lahall etc., haud infrequ.

MONADELPHIA.

618 JUNIPERUS *communis. L.* Ubique frequens. *Taxum baccatam* tantum in Bahus. boreal. vidi.

Corrigenda:

Pag. 3, lin. 14 loco *isdem* lege *idem*.

— 13, — 13 loco *Veronica* lege ——.

— 46, — 6 loco β lege γ.

— 72, — 4 ab inf. loco *gloreoso* lege *glareoso*.